



na

0698



17-11  
C. 2

Kushung,  
Gomocang





M  
PA

Metho  
Munus  
*In commoda*

Unaque  
Theologia Sci  
gia; Univer  
JEL

17  
P. FRANC

Sunt pro

Car



AUGUST  
Imperialis Georgii Sch

MANUALE  
PAROCHI,

*Est liber* Seu *Joannis Syri*  
Methodus Compendiosa

Munus Parochi Apostolicum

*Parochi* ritè obeundi, *St. Gochard*  
In commodum præsertim piè ad illud  
*aspirantium concinnata.*

Unàque cum Thesisibus ex universa  
Theologia Scholastica in Alma, Cæsarea, Re-  
giâ; Universitate Leopoldina Societatis  
Jesu Wratislaviæ publicè  
disputatis

17  
70.  
P. FRANCISCO HERTZIG, S. J.

Typis data;  
Nunc pro plurium utilitate reinpressa.  
Editio Secunda,  
Cum Permissu Superiorum.



AUGUSTÆ VINDELICORUM,  
Impensis Georgii Schlüter & Martini Happach, 1717.

HT 019024090


no/0698

G2016/05/112

137119001

Index T  
Questiones I  
P  
De Obligati  
Pascere O  
C.  
Instructio rud  
II. De modo  
bus adhi  
III. De modo in  
IV. De aberran  
V. De discordi





## Index Titulorum.

### Quæstiones Prolegomenales.

#### PARS I.

#### De Obligatione I. Parochi.

#### *Pascere Oves Doctrinâ.*

#### CAP. I.

I. Instructio rudium	7
II. De modo in sacris Concioni- bus adhibendo	10
III. De modo instruendi Parvulos	14
IV. De aberrantium reductione.	19
V. De discordiarum compositione.	25

12  
a  
PARS

PARS II.

De Obligatione II. Parochi.

*Pascere Oves Exemplo.*

Cap. I. De inculpabili Parochi vita	28
II. De studio cultûs Divini	30
III. De fuga avaritiæ	32
IV. De cura Angelicæ Castitatis	35
V. De modo conversandi	37
VI. De modo ægris assistendi	42

PARS III.

De Obligatione III. Parochi.

*Pascere Oves Sacramentis.*

Cap. I. De Sacramentis in genere.	55
Art. 1. De Obligatione Parochi adminiftrandi Sacramenta in genere	ibid.
Art. 2. De valida, & licita admini- stratione	62
Art. 3. De fufcipiente Sacramen- tum	70
Art. 4. De reiteratione Sacra- menti	72
Cap.	

*Index Titulorum.*

**Cap. II. De Baptismi Administratione.**

Art. 1. De Ministro 75  
ibid.

Aphorismi, ac doctrinæ  
practicæ observandæ Mi-  
nistro ordinario, seu Pa-  
rocho, desumptæ ex Gobat  
tract 2. casu 5. 81

Art. 2. De Obstetricibus 85

Art. 3. De Subjecto Baptismi 88

Art. 4. De Consensu Parentum 92

Art. 5. De Cognatione spirituali 94

Art. 6. De Nomine imponendo  
ibid.

Art. 7. De fonte Baptismali. 95

Art. 8. De libro Baptismali 96

Art. 9. De Patrinis 97

Art. 10. De materia Baptismi 102

Art. 11. De forma Baptismi 105

Art. 12. De Baptismo iterando 107

Cap. III. De Confirmatione. 110

Cap. IV. De Eucharistia. 112

Art. 1. De Reverentia Perochi in  
Missæ sacrificio ibid.

*Index Titulorum.*

Art. 2. De Obligatione celebrandi Missæ sacrificium	116
Art. 3. De Stipendio	118
Art. 4. De Dispensatione S. S. Eu- charistiæ	122
Art. 5. De Paschali Communione	126
Art. 6. De Viatico	131
Cap. V. <i>De Sacramento Pœnitentiæ.</i>	138
Art. 1. De Parochi Jurisdictione	ibid.
Art. 2. De Obligatione Parochi Confessiones suorum exci- piendi	141
Art. 3. De Modo Pœnitentiæ Sa- cramentum fructuosè admi- nistrandi	144
Art. 4. De Examine à pœnitente ante Confessionem instituen- do	145
Art. 5. De Dolore in pœnitente re- quisito	151
Art. 6. De Proposito pœnitenti necessario	154
Art.	

*Index Titulorum.*

- Art. 7. De Confessione 157  
Art. 8. De Remediis contra relapsum 161  
Art. 9. De fructu tam frequentis, tam generalis Confessionis 163  
Art. 10. De notitia Confessarii ad Judicis Officio ritè fungendum 165  
Art. 11. De pœnitentiarum impositione 172  
Art. 12. De Absolutione vel imper-tianda, vel neganda 174  
Art. 13. De curanda ignorantia pœnitentiæ 180  
Art. 14. De curanda cordis durtia 182  
Art. 15. De curandis blasphemis 185  
Art. 16. De curandis obligatis ad restitutionem 187  
Art. 17. De dirigendis iis, qui odio, & inimicitis sunt impliciti 191  
Art. 18. De curandis vitio luxuriæ infectis 194  
Art. 19. De subveniendo scrupulosis, 196

- Cap. VI. *De Sacramento extremae un-*  
*ctionis ritè administrando.* 199  
Cap. VII. *De Ordinis Sacramento* 205  
Cap. VIII. *De Sacramento Matrimo-*  
*nii.* 206.

*Quæstiones Prolegomenæ.*

- Art. I. *De Sponsalibus* 208  
§. 1. *De Sponsalium essentia, &*  
*constitutione* ibid.  
§. 2. *De Sponsalium Obligatione*  
216  
§. 3. *De Dissolutione Sponsalium*  
226  
Art. II. *De Matrimonio secundum se.*  
237  
§. 1. *Quid, & quotuplex sit Matri-*  
*monium? quæ ejus materia,*  
*forma, & minister* ibid.  
§. 2. *De usu matrimonii, seu actu*  
*conjugali* 248  
§. *De divortio* 256  
Art. III. *De impedimentis Matrimonii.*  
261  
§. I. *De impedimentis in genere.* ib.  
§. 2.

*Index Titulorum.*

- §. 2. De impedimentis impediendi-  
bus tantum 263
- §. 3. De impedimentis dirimentibus  
in genere 274
- §. 4. De I. impedimento quod est  
*Error* 276
- §. 5. De II. impedimento dirimente  
quod est *Conditio* 280
- §. 6. De III. impedimento dirimente  
quod est *Votum* 282
- §. 7. De IV. impedimento dirimente,  
quod est *Cognatio* 284
- Figura Consanguinitatis, 286
- §. 8. De V. impedimento dirimente  
quod est *Crimen* 292
- §. 9. De VI. impedimento dirimente,  
quod est *Cultus disparitas* 295
- §. 10. De VII. impedimento dirimente  
quod est *Vis & Metus* 296
- §. 11. De VIII. impedimento dirimente  
quod est *Ordo* 299
- §. 12. De IX. impedimento dirimente  
quod est *Ligamen* 302
- §. 13. De X. impedimento dirimente  
quod est *Publica honestas* 304
- §. 14.

*Index Titulorum.*


- §. 14. De XI. impedimento dirimente  
quod est *Ætas* 307
- §. 15. De XII. impedimento dirimente  
quod est *Affinitas* 309
- §. 16. De XIII. impedimento dirimen-  
te, quod est *Clandestinitas* 311
- §. 17. De XIV. impedimento dirimen-  
te, quod est *Impotentia* 318
- §. 18. De XV. impedimento dirimente  
quod est *Raptus* 322
- §. 19. De revalidatione invalidi Ma-  
trimonii, ac Dispensatione in  
impedimento dirimente, 326



Metho-

T  
Ua  
conci  
Audi  
amplecti cu  
quomodo  
obeundum  
Temeritati  
tuiffem, fi  
addixiffem,  
exprimunt  
Candidatos  
gela hæ do





Methodus Compendiosa  
 Munus Parochi Apostolicum ritè  
 obeundi.

*In commodum præsertim piè ad illud  
 aspirantium concinnata.*

Ad Lectorem Theologiæ  
 Studiosum.

**T**Uæ utilitati Opusculum hoc  
 concinnando consultum volui,  
 Auditor Theologæ; ut, quid  
 amplecti cupias, in illo dispicias, &  
 quomodo, quod amplecteris, debite  
 obeundum sit, perspicue dignoscas.  
 Temeritatis notam incurrere po-  
 tuisssem, si dirigendis illis conatum  
 addixisssem, qui opere ipso sanctè  
 exprimunt Viri Apostolici, quod  
 Candidatos Apostolici muneris pa-  
 gellæ hæ docent.      Quanquam in  
 excu-



excusationis materiem servire va-  
 luisset, quòd in eo non tam meum,  
 quàm Authorum probatissimorum  
 sensum referre coner, magna parte  
 usus Patris Pauli Segneri, viri in  
 animarum cura longè versatissimi,  
 Instructionibus, quarum plerasque  
 in compendium redegì. Utere his,  
 & reliquis utiliter tibi, uti-  
 liter aliis.



Quæ-

Quæ-  
 Q. 1. 2.  
 quod Ethn-  
 tis publicè  
 pedebant.  
 Parochos, q  
 præfeti, Div  
 bulum ad pa  
 lio nomine P  
 be, vel pop  
 pram est de  
 regimine, q  
 capell. Mon  
 Clericorum.  
 officio in con  
 rest. Parochi p  
 quas pascendas  
 prius ab officio  
 ipsi soli respect  
 lacum. in cap. 2.  
 te remiss. Item  
 legem domicilij  
 fignatione. S.  
 R. P. H. H. H.



Quæstiones Prolegomenales.

**Q.** 1. *Quid nomine Parochi indicetur?* I  
 R. cum Barb. de off. Par. p. 1. c. 1. apud Ethnicos eos dictos *Parochos*, qui legis publicè Romam missis victui necessaria supeditabant. Apud Christianos verò eos dici *Parochos*, qui Episcopi autoritate Ecclesiis præfecti, Divini Verbi, & Sacramentorum pabulum ad pascendas animas subministrant. Alio nomine *Parochus* dici solet *Plebanus* à plebe, vel populo, cujus curam gerit c. *scriptum est* de Elect. Solet etiam dici *Rector* à regimine, quod in subditos exercet c. 1. de capell. Monach. c. 3. de vita, & honestate Clericorum. Item *Curatus* à cura, quam ex officio in commissos sibi habet. Barb. de potest. Parochi p. 1. n. 11. Item *Pastor* ab ovibus, quas pascendas suscepit. Item *Sacerdos proprius* ab officio, quod potestate Ecclesiastica ipsi soli respectu suorum subditorum est collatum. in cap. *omnis utriusque sexus* de Pœnit. & remiss. Item *Paræcus* ab incolatu sibi designati domicilij. L. *papillus* ff. de verborum significatione. §. *incola*.

R. P. Herzog Man.

A

Q. 2.

Quæ

2 Q. 2. *Quid dicatur Parochia?* R. Parochia proprie est locus, in quo degit populus, alicui Ecclesie deputatus, ac certis finibus limitatus. Bellam. Conf. 38. n. 8. apud Barb. cit. Constituitur non minus quam decem domibus distinctis, & familijs, c. unio. 10. q. 3. limitatur verò sic, ut nec ipsi in alia, nec alteri in ipsa quidquam agere liceat. Calcan. Conf. 34. ex n. 10. apud Bellamer. cit. A Parochia dicitur Ecclesia parochialis. Bellam. loc. cit.

3 Q. 3. *Quae requirantur ad constituendam Ecclesiam parochialem?* R. 4. esse requisita; primum est potestas fori pœnitentialis. 2. Locus certis finibus constitutus. 3. Ut Parochus curam exerceat nomine suo. 4. Ut suo nomine singulariter, & non cum alijs ad regimen admittatur. Rota Decis. 52. à n. 1. usque ad 19. Unde sepultura, jus ad decimas, asservatio sanctissimi, non probant Ecclesiam Parochialem, nisi præsumptivè. Ecclesia Parochialis est beneficium Curatum, non tamen vicissim. Ut constituatur, requiritur autoritas Episcopi, cujus est eam designare. c. nullus omnino. XVI. q. 7. Si plures sint Ecclesie Parocho designatæ, una dicitur *Mater*; reliquæ *filiales*.

4 Q. 4. *Quae signa, quòd quis verè ad curam animarum vocetur?* R. 1. Signum est, si quis onus Angelicis humeris formidandum, prout loquitur Trid. se ss. 6. c. 1. de refor. eum in finem intendat, cujus unius causâ constitutæ sunt Ecclesie, Declarat id exemplo suo Aposto.

pastoris a  
 ei, qui me  
 evangeliz  
 quiverit  
 VIII. q. 1.  
 hoc temp  
 q. mercen  
 tatis in Dec  
 des suscipere  
 Divinis, ut  
 illa Penit  
 illis, qui re  
 prebentibus  
 concupiscen  
 tur, si ad  
 Greg. Paul.  
 tuta. Vili  
 scientia, q  
 nocet. Un  
 cujus comp  
 Hinc hinc re  
 Q. 5.  
 nu Parochi  
 est morum gr  
 castis, ibi g  
 q. peccitate  
 felice. 25. an  
 velle. 1. S  
 quæ ad fidem,  
 ten doctrinam  
 ficiorem, p  
 Innocentius 3. in

postolus ad Galat. 1. v. 15. & 16. *Cum placuit ei, qui me - - vocavit, per gratiam suam, - - ut evangelizarem illi in gentibus, continuo non acquievi carni, & sanguini.* Huc pertinet illud VIII. q. 1. c. *sunt in Ecclesia: Quando propter hac (temporalia) servitur Deo, quisquis tali est, mercenarius est.* 2. Est studium sinceræ pietatis in Deum, si videlicet, qui animas curandas suscipere parat, vitam ita ducit ex legibus Divinis, ut ab ijs non aberret. Huc spectant illa Petri Damiani verba L. 2. ep. c. 1. *Vale illis, qui reprehensibiliter vivunt, & locum reprehensibiliter vivendi adhuc reprehensibilius concupiscunt. Cum Pastor per abrupta gradiatur, sicut ut ad precipitiū grex sequatur.* Sanctus Greg. Past. l. 1. c. 2. 3. Est sufficiens literatura, *Vilissimus reputandus est, nisi præcellat scientiâ, & sanctitate, ut loquuntur sacri Canonnes.* Unde juxta eosdem talis eligendus, cujus comparatione ceteri grex dicantur. Hinc ferè responderi poterit ad sequentem Q.

Q. 5. *Quid requiratur in eo, qui ad minus Parochiale eligendus est?* R. 1. Requisitum est *morum gravitas*, seu probitas c. *cum in cunctis*, ibi: *gravitas morum* de elect. & electi potestate. 2. Est *ætatis maturitas*, quæ scilicet 25. annum atigerit, cit. cap. *cum in cunctis*. 3. *Sufficiens literatura*, talis videlicet, quæ ad fidem, & mores pertineat, & ad salutarem doctrinam, Sacramentorumque administrationem, præsertim pœnitentiæ, satis sit, Hinc Innocentius 3. in Concilio gen. Later. c. 27. pron-

ut refertur c. 14. de arat. & qual. Præfic. *cùm sit ars artium regimen animarum, discretè præcipit, ut Episcopi promovendos in sacerdotes diligenter instruant, vel per se ipsos, vel per alios super Divinis officiis, Ecclesiasticisque sacramentis, qualiter ea ritè valeant celebrare sanctius enim est, inquit, paucos bonos, quam multos malos habere ministros, quia si cæcus caso ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.*

6 Q. 6. *Quod munus, & obligatio Parochi?* R. *pascere oves.* Juxta illud Christi ad Petrum Joan. 21. v. 17. *pasce oves meas.*

7 Q. 7. *Quibus modis oves pascenda Parochi?* R. *Tribus. doctrinâ, exemplo, & Sacramentis, quò alluisse videri potest Christus, dum loco citato ter Petro dicit: pasce oves, vel agnos meos.*

8 Q. 8. *Quid per hæc tria indicetur?* R. *cura Doctore Angelico in I. ad Corinth. C. 9. lectione 1. indicari per ea, ut Parochus subditos doceat, scitu ad salutem necessaria prædicando, præcedat bono exemplo, adjuvet Sacramentorum administratione. Ad quod triplex pascuorum genus revocari possunt planè omnia, quæ quocumque modo ad Parochi obligationem pertinent.*

9 Q. 9. *Qua motiva, ut Pastor obligationi sue debita satisfariat?* R. *1. Est memoriâ recollere, quanti Deus animas fecerit, ut, cùm millia millium Angelorum possideret, & plures alios in infinitum condere posset, Filium suum unigenitum mittere voluerit pro illis mortuum. Secundum est perpendere, quo studio*


Q.  
 sancto Filio D.  
 catio suo Pet  
 modo aliena  
 damnatio  
 fuerit, oves  
 negligentia p  
 ta sit unius et  
 totis mundu  
 homin, & mu  
 veri sua dete  
 v. 26. Verba  
 tima dedit  
 Attendere,  
 animi, quon  
 inquit Salom  
 nam tua  
 Contrarium  
 Lucz 15. n. r  
 care, ut sal  
 Genesim. Hi  
 natema esse  
 Rom. 9. v.  
 niam me ser  
 omnia factu  
 ad. Cor. 4. 9.  
 curata, & ex  
 bus animarum  
 se super pas  
 de manu eor  
 1. Fratres ob  
 rationem redd  
 rem off. & qu

studio Filius DEI unigenitus, quo amore Vicario suo Petro eas commendârit. 3. Quomodo aliena vitia, & peccata, pastori causa damnationis futura sint, si, quantum in se fuerit, oves suas non curaverit, ac ita ejus negligentia perierint. 4. Recogitare, quanta sit unius etiam animæ dignitas, quam nec totus mundus exæquare potest: *quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animam verò sua detrimentum patiatur?* Matth. 16. v. 26. Verba sunt Pastorum Pastoris, qui pro anima dedit vitam & sanguinem. tanti valet. 5. Attendere, & reputare, quàm chara sint Deo animæ, quàm charum earum lucrum. *Parcis*, inquit Salomon Sap. 11. v. 27. *omnibus, quoniam tue sunt Domine, qui amas animas. Congratulamini mihi, quia inveni ovem* &c. Lucæ 15. v. 16. *Nihil ita est gratum Deo, & ita cura, ut salus animarum.* Chryl. hom. 3. in Genesim. Hinc Apostolus: *optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis*, ad Rom. 9. v. 3. *cùm liber essem ex omnibus, omnium me servum feci.* 1. ad Cor. 9. *omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos* 1. ad Cor. c. 9. v. 22. 6. Expendere, quàm accurata, & exacta ratio ab ijs exigenda sit, quibus animarum cura commissa est: *Ecce ego ipse super pastorem, requiram gregem meum de manu eorum.* Ezech. 34. v. 10. *Si pro se, Fratres charissimi, unusquisque vix possit rationem reddere, quid de sacerdotibus futurum est, à quibus sunt omnium anima exqui-*

renda. Augustinus l. 50. homiliarum homi.  
 7. 7. Cogitare præmia, quæ pastores se-  
 dulos, pœnas, quæ ignavos in altera vita ex-  
 pectant. *Euge serve bone &c.* Matth. 25. v.  
 21. & 23. *quæ est enim nostra spes, & gaudi-  
 um, aut corona gloria? nonne vos ante Do-  
 minum JESUM Christum estis in adventu E-  
 jus? 1. ad Theſſal. 2. v. 19. E contra inu-  
 tilem servam jubet Dominus ejici in tenebras  
 exteriores. Matth. 25. v. 30. Ille, cui Di-  
 vini Verbi dispensatio commissa est, etiamſi  
 sanctè vivat, & tamen perditæ viventes ar-  
 guere aut erubescat, aut metuat, cum omni-  
 bus, qui, eo tacente, perierunt, perit. Di-  
 vus Prosper de vita contempl. c. 20. *Tot  
 occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepi-  
 di, & tacentes videmus. Et si homicida non  
 habet vitam æternam in se manentem 1. Jo-  
 an. c. 3. v. 15. Quæ supplicia in animarum  
 interfectores expendentur? Greg. hom. 11.  
 super Ezechielem. Nunc ad obligatio-  
 nes singulas fingillatim.**







# P A R S I.

## Obligatio I. Parochi.

*Pascere Oves doctrinâ.*

### C A P U T I.

#### Instructio rudium.

**Q.** 1. *Qua obligatio Parochi docendi rudes?* **10**  
**R.** esse obligationem sub mortali instruendi rudes in ijs, quæ ad salutem pertinent. Ità Suar. de Relig. tom. 2. l. 2. c. 16. n. 7. Tolet. l. 5. c. 5. n. 4. Sà. v. *Parochus*, Sanchez, Castropalao, cum torrente. In alijs verò, quæ sub mortali populus scire non tenetur, leviter peccabit non docendo, si negligentia diuturna non sit, neque assidua, sed brevis. Ità ijdem.

**Q.** 2. *Unde colligatur tanta obligatio?* **11**  
**R.** ex lege Divina, Naturali, & Ecclesiastica. Divina patet ex verbis Christi: *Euntes ergo docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. Quæ Verba, licet dicta sint Apostolis, concernunt tamen etiam successores. Sicut enim Christus regi voluit Ecclesiam Apostolorum tempore per Apostolos, ità succedentibus temporibus eam regi voluit per successores. Suar. de Relig. tom. 3. l. 1. c. 17. n. 5. Naturalem exhibent fructus beneficii pastoralis, de quo Apostolus 1. Cor. 9. v. 13. *qui in sacrario operantur* ( non dixit, qui in sacrario sunt ) *qua de sa-*

homiliarum boni  
 quæ pastores se  
 in altera vita ex  
 Matth. 25. v.  
 a spes, & gaudi  
 me vos ante Du  
 in adventu E  
 E contra inn  
 ejici in tenebras  
 Ille, cui Di  
 omnia est, etiam  
 die vivens at  
 mar, cum omni  
 ut, perit. Di  
 pl. c. 20. Tot  
 re quotidie repi  
 homicida non  
 namentem 1. Jo  
 id in animatum  
 Greg. hom. 11.  
 cad obligatio  
 illam.



PARS

crario sunt, edunt. Ecclesiastica multiplex est, ut irritus sit conatus ejus, qui cuncta paucis complecti voluerit. Legatur una Synodus Trid. Sess. 5. c. 2. de refor.

12 Q. 3. An excuset à docendi obligatione Auditorum paucitas? R. negativè, dummodo aliqui adsint, adhuc urgebit obligatio: quia quæ obligatio urget quoad omnes, urget etiam quoad singulos, compensatque satis labores unus etiam, qui è sermone proficit. Instituendus proinde sermo sic, ut plures alliciat, sic attemperandus, nè deterreat. Huc conferent industriæ, quas amor ovcularum ingeniosus sæpe non difficulter subministrat.

13 Q. 4. An ab eadem obligatione excuset Auditorum inattentio? R. negativè: an enim, qui seminat, seminare idcirco non pergit, quod aliqua nonnunquam grana ventus impetuosior secum auferat? pro uno, quod perijt, alia plurima in terram cadunt, & fructus uberimos proferunt. Ordinanda sic est sacra allocutio, ne longitudine, vel materiæ respectu auditoris improportione tardium, & ex hac inattentio generetur. Cavendum quoque, nè in distractos, garrientes &c. Orator exardescat; monendi moneantur, extra concionem, si noscantur; ignoti, si expedire videtur, moneantur publicè, sed modestè.

Q. 5. An excuset nullus ex predicatione apprensus fructus? R. negativè, prædicatio est debitum spirituale determinatum, & idè reddendum est, etiamsi non videatur profectus;

Etus, inquit Abul in Matth. tom. 5. c. 1. *Pastor medicus est à quo cura exigitur, non curatur, si omnia fecit, ut sanaret, peregrinus medicus partes suas.* S. Ber. l. 4. de confid. c. 2.

Q. 6. *An excuset negotiorum multitudo, & 15 gravitas?* R. negativè. Sive enim illa sacra sint, sive profana, id quod est caput obligationis Parochialis, serpentinâ prudentiâ præprimis tuendum. Sacra, ut confessionum exceptio, excursio ad infirmos &c. tanta non sunt, ut tempusculum, si, prout convenit, quod dicendum, jam paratum est, nequaquam docendo faveant; profana verò, & caduca sacris, & æternis sunt postponenda non est æquum nos derelinquere Verbum DEI, & ministrare mensis. Act. 2.

Q. 7. *An excuset docendi imperitia?* R. 16 negativè. Imò Pastor, qui hoc motivo doctrinam negligit, geminum reatum contrahit; unum ob damnum, & perniciem, quam suo silentio affert populo, alterum ob ejus silentij causam, ignaviam, & negligentiam. *Sacerdos, cui dispensatio Verbi commissa est, etiam si sanctè vivat, & tamen perditè viventes arguere aut erubescat, aut metuat, eum omnibus, qui eo tacente perierunt, perit; & quid ei proderit non puniri suo, si puniendus est alieno peccato,* inquit S. Prosper, consentientibus SS. Greg. Hil. Isid. Chrysoft. &c. Quòd si eloquentiâ destituitur, sensu verba abundant. Moneta, dummodo justi ponderis sit, non rejicitur, licèt effigiem Principis ad amulsim expressam non

non habeat. Si risus timetur; etiam Arcopagus risit Apostolum, qui si formidasset iridentes, non pervenisset Apostolus ad Credentes.

- 17 Q. 8. An excuset consuetudo nunquam, aut raro docendi? R. negativè; nulla enim consuetudo vim legis obtinere potest, contra Divinam, ait Angal. 1. 2. q. 97. a. 3. ad 3. Consuetudo sine veritate vetustas erroris est, ait S. Greg. Mor. 1. 22. c. 16.
- 18 Q. 9. Quid agendum Parocho, si munus docendi ei reddatur moraliter impossibile? R. defectum supplendum per alios, ut debito inexcusabili, quemadmodum loquuntur Canones Apostolici apud Zonaram, satisfiat.

## C A P U T II.

### De modo in Sacris Concionibus adhibendo.

- 19 Q. 1. An Dominicis, & festis Pastor in concionibus Verbum DEI obligetur proponere, & exponere R. affirmativè; mandat enim id ipsum Trid. multis locis, ac præsertim Sess. 5. de refor. c. 2. ubi sic: *Archi-Presbyteri, Plebani, & quicumque Parochiales, vel aliàs curam animarum habentes Ecclesias quocunque alio modo obtinent, per se, vel per alios idoneos, si legitimè impediti fuerint, diebus saltè[m] Dominicis, & Festis solenniter plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo, qua scire omnibus necessarium est ad*  
salve

salutem, annuncians eis cum brevitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut penam æternam evadere, & cœlestem gloriam consequi valeant. Ex quo colligitur, graviter peccaturum Pastorem, qui diutius hoc prædicandi munus ommitteret. Quantum autem tempus ad mortale requiratur, colligi potest ex eodem Trid. quod censuris etiam jubet cogi eos, qui muneri suo trium mensium spatio moniti defuerint.

Q. 2. *Quomodo Verbum Dei in concionibus proponendum?* R. ut gladius Verbi insignia edat specimina, pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus ad Hebr. 4. v. 12. dividendo videlicet partem hominis brutam ab illa, quæ spiritualis est, Pastor industriâ ex parte sua cōferre debet, delectum videlicet materiæ, & ejus tractandi rationem, quibus ut gratia virtutis addat, pijs affectibus hæc identidem est imploranda.

Q. 3. *Quis materia delectus potissimum adhibendus?* R. materiam optimam, utilissimamque contineri laudatissimis Catecheticois institutionibus. Quæ quidem duplicis generis esse potest, alia, quæ ad usum spectat, alia, quæ in cognoscendo consistit. Quæ ad mores rectè instituendos pertinet, & quæ tradit, quid Christiano homini fide sit tenendum. Huc spectat monitum utilissimum S. Francisci Xaverij teste Tursell. l. 6. *Non se ipsum, sed Christum Crucifixum Concionator predicet. Concionatoris præcipuum munus est.*  
audi-

auditori delictorum suorum quam maximum incutere dolorem, & certissimis, sempiternisque inferorum suppliciis, ante oculos propositis, eum à flagitijs deterrere; Sathana quoque artes, insidias exponere, quæ vulgi quoque imperiti intelligentia potius, quam admiratio excipiat.

22

Q. 4. "Quid circa primi generis materiam observandum? R. In explicandis certis fidei dogmatibus, salutaribus quidem, sed subtilibus curandum, nè proponantur nimis generatim, sed explicentur similitudinibus, comparationibus popularibus, & ad vulgi captum factis. In exemplo: si quis AA. dixerit, gratiam sanctificantem talem esse qualitatem, quæ mirum animæ splendorem, & agendi grandia vim conciliat: rectè quidem dicit; parùm tamen rudis populus veritatem intellectu percipiet. at si subjunxerit, quòd, sicut ferrum, tamen si naturâ suâ frigidum, & rubiginosum, ac flecti nescium, mox tamen, ut ardenti fornaci injicitur, ita ignescit, ut jam non ferrum, sed ignis videatur, fitque illico pellucidum, tractabile, & ad formam quamvis recipiendam idoneum; ita etiam naturâ suâ frigida anima, ac imperfecta in agendo, mox, ut Divinæ gratiæ virtute donata fuerit, diversam naturam sic induat, ut nullò se negotiò attollat ad producenda opera summè ardua, & omnes naturæ vires excedentia. Non verò solùm dicat, sed etiam efficiat, ut, re intellecta, moveantur Auditores ad tantum bonum sol.

sollicitè inqu  
cut exemplis  
bulis non loqu  
inde apud  
bus sunt en  
occurrant, &  
inferent.

Q. 5. Quid  
dendum? R.  
natur, necesse  
& modum doce  
tes boni comp  
Pater, occasi  
placet infirmul  
dis pariter: i  
dicatur? quis  
remota? Pater  
cometur, &  
te minus ma  
Q. 6. Quid rudes  
cionis peccat  
Lap. in Ep.  
parere, &  
dum enim et  
percipere pot  
cum manduc  
suscipit. P  
fundamentalit  
tant, & dilu  
per, nè concio  
una acerbè n  
preit, ut ij.

solicite inquirendum. Morem huic docuit exemplô suô ipse Christus, qui *sine parabolis non loquebatur* Matth. 13. v. 34. Proinde aptæ tales parabolæ è probatis Authoribus sunt excerpendæ, quæ dein in tempore occurrant, & ad similes excogitandas animum informant.

Q. 5. *Quid in morum institutione sit artem. 23*  
dendum? R. ut materia hæc utiliter proponatur, necesse est ad singularia descendere,

& modum docere, quo seu mali fugiantur, seu boni comparentur. In exemplo: docet Pastor, occasiones pravas esse fugiendas: explicet insimul, occasiones alias esse *remotas*, alias *proximas*: item quæ, & quales proximæ dicantur? quis modus eas evadendi? quæ remotæ? Parvulis frangendus panis est, ut comedatur, & proficit, cui non fracto, robustæ minùs maxillæ mandendo impares sunt. Quòd rudes non pauci absque fructu concionis pereant, rationem assignat Corn. à Lap. in Ep. Joan. c. 2. *quia parvuli petiêrunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Factum enim est, ut vel quid panis sit, non satis percipere potuerint, vel si perceperunt, modum manducandi necessarium nequaquam didicerint. Præterea curandum est, ut, quæ fundamentalia sunt, sæpius per annum repetantur, & dilucidentur; cavendo tamen semper, nè concio vertatur in Satyram, & vitia nota acerbè nimis proponantur, neque tam patulè, ut ij, qui illis notati sunt, signis qui-

bus?

busdam indigentur : Hæc enim AA. potius exacerbant , & avertunt , quàm ad bonum impelunt. Demum ad utilitatem Auditorum plurimum confert , si materia priùs meditando discutiatur , videaturque , quid , & quando in his , aut illis circumstantijs dicere expediat ? quo populus maximè egeat ? ad quid perdiscendum præprimis capax sit ? Hinc exigua persæpe utilitas est aliorum conciones memoriâ addiscere , & populo proponere ; tum quia materia populo huic non est accomoda ; tum quia non attingit circumstantias præsentis , quibus populo succurrendum ; tum quia stylus altior est , & vulgo minùs ad captum deservit. Studium itaque Pastoris sit , ut , dum similibus utitur , quæ convenientiora sunt , excerpatur , & quod necessarium videret , studiosè simul , & utiliter pro populi sui fructu addat.



### C A P U T III.

De modo instituendi parvulos.

24 **Q.** I. *Qua materia parvulis tradenda ?* R. eam pariter esse duplicem , aliam , quæ in cognoscendo , aliam , quæ ad usum , & vitam hominis Christiani dignè instituendam pertinet.

**Q.** 2. *Quanam sit illa materia , quæ parvulis est cognoscenda , & sciri necessaria ?* R. parvulos præprimis docendos esse dogmata fidei , quæ basis sunt cæterorum. Talia sunt , quæ  
neces-

necessaria sunt  
delicta de DE  
ob quem com  
felicitatis  
2. De Filio D  
pro nobis In  
Salvator nos  
& de inferno  
nascere . his  
His cogitatis  
cellaria nece  
& media  
preferim  
pluribus su  
ritentia , &  
sufficiat viam  
preceptis D  
lo per viam  
beat. Por  
nicam , ut  
condiscat. o  
de necesse  
re opem  
aberet. T  
tati identide  
rem , & qua  
enim ; etia  
comprehend  
suis nobis  
rim providis  
nimium non  
satisverat



necessaria sunt *necessitate medijs* ad salutem, vi-  
 delicet de DEO Uno, ac Trino, qui est finis,  
 ob quem conditi sumus, & objectum nostræ  
 felicitatis in cœlo videndum, & amandum.  
 2. De Filio DEI, secunda in Trinitate Persona  
 pro nobis Incarnata, qui est Redemptor, &  
 Salvator noster. 3. De Cœlo, & præmijs,  
 & de inferno, ac pœnis, illis à DEO remun-  
 ratore, his à DEO vindice expectandis.  
 His cognitio tradenda sunt, quæ sunt ne-  
 cessaria *necessitate præcepti*, qualia sunt via,  
 & media ad salutem, SS. Sacramenta, ac  
 præsertim ea, quæ maximè necessaria, &  
 pluribus sunt communia, ut Baptismus, Pœ-  
 nitentia, & Eucharistia. Deinde quia non  
 sufficit viam scire, & media, instruantur in  
 præceptis Divinis, quibus videant, quomo-  
 do per viam incedere, & medijs uti de-  
 beant. Porrò doceantur orationem Domi-  
 nicam, ut tenera hæc ætas à teneris annis  
 condiscat, quam non solum deceat, sed pla-  
 nè necesse sit, quot diebus Divinam postula-  
 re opem, nè extra præceptorum semitam  
 aberrat. Tridentini Patres addunt, rudi æ-  
 tati identidem inculcandum esse DEI timo-  
 rem, & quam majoribus suis debet, obedi-  
 entiam; etiamsi enim ambo hæc Decalogo  
 comprehendantur; oportet tamen eos di-  
 stinctius nôsse id, quod annis illis tam pa-  
 rum prævidis magis necessarium est: quod  
 nimirum non vivendum sit ipsis suò arbitriò,  
 sed reverenter, ac demissè ijs parendum, qui  
 tanto

tanto amore de cœlo, & in terra illos regunt, & præsent. Denique ingerendus est parvulis ingens peccati horror, ut vel audito peccati nomine cohorrescant. Et quia primum ferè ætatis immaturæ peccatum esse solet mendacium, plurimum conducit fœditatem hujus vitij inculcare: si enim ad hoc accessus fuerit præclusus, præcludetur eadem operâ aditus ad vitia omnia, ad quæ mendacium vel dux est, vel custos, vel socius. Serviet in hunc finem proposita similitudo, quòd nempe peccatum quodlibet grave animam turpem, & deformem reddat instar dæmonis, gratia verò speciosam instar Angeli. Conducet etiam huc proponere DEUM instar solis ubique præsentis, & malas etiam cogitationes videntis, igne æterno puniendas.

- 62 Q. 3. *An satis sit, si parvuli hæc enumerata, & alia quæ in catecheticis institutionibus continentur, fideli ex memoria reddant? R. nequaquam. Magnus est abusus eorum, qui contenti docuisse symbolum latinè, non explicant populo rudi mysteria fidei, inquit S. v. Parochus. Psittaco similis parvulus, qui catechesim recitare novit, quod memoriâ tenet, non intelligit. Explicanda sunt proinde singula, & quidem ad facilem captum; in quem finem servient similitudines, & comparationes ex typo datis institutionibus Catecheticis excerptæ.*

*Q 4. Quid agendum, si parvuli institutionem catecheticaam refugiant?* *27* *R.* præter auxilium, & vim coactivam à dominio, ubi fuerit imploratum, subsidium petendum à Parentibus, & Patribus, Matribusque familias, quorum obligatio tum extra, tum pro concione identidem est explicanda, & inculcanda. Serviet in hunc finem Parentibus ob oculos ponere fructum, & solatia è prolium bona, damna verò, & desolationes ex mala institutione oriri solita. Si placidi hi modi, ac mites non profuerint, duriores adhibendi; talis est minari, quòd sacra mysteria illis neganda sint, ac re ipsa illa subtrahere, & negare, cùm in tanta diu ignavè se gesserint ingenti suo, & liberorum damno. Quòd si Pastor suã industriã obtinuerit, ut Parentes ipsi liberos suos ad doctrinam sacram manuducant, solatium sui laboris capere poterit non modicum; videbit enim, & id, quod adhuc in ipsis Parentibus rude est, salubriter excoli, & liberos tanto amplius Parentum exemplo, & ope erudiri.

*Q 5. Quis modus in agendo cum parvulis adhibendus?* *28* *R.* modus hic suavis esse debet, & mitis; laudibus potiùs, promissis, & præmijs alliciendi sunt, quàm verborum aculeis, & invectivis. Inde hallucinantes non traducendi ut stupidi, non increpandi, non terrendi; minimè verò manus in illos corripitendos armanda: nimirum schola hæc, ut promptos habeat discipulos, crudelis esse

*R. P. Herzig Man.*      *B*      non

non debet, nec inhumana. Exemplo fit Salvatoris cum parvulis agendi modus: *complexus eos, & manus imponens super illos, benedicebat eos.* Marc. 10. v. 16. Quare cum inquietos aliquos compescere necesse fuerit, id muneri Parochus alteri cedat, nè unquam exasperare frontem ipse debeat. Ipse id unumaget, ut bene animatos in se conservet, quos instruere cupit.

29 Q. 6. *Quid agendum, si tanta institutorum sit multitudo, ut Parochus non sufficiat?* R. utendum est ope eorum, qui in dogmatis instruendis bene eruditi existimantur; qui tamen monendi, ut & ipse mites se, & benignos exhibeant. Curet quoque, ut parvuli commodè affideant, nisi cum querenti respondent, juxta monitum Augustini; ordo decens audientium distractiones, & instruensis fastidium multùm imminuet, aut penitus auferet.

30 Q. 7. *Quæ muneri huius pastorali, tametsi non debita, nullùm nihilominus lucrosa addi possint?* R. ingentis emolumenti fuerit, si Parochus curas suas, & industrias Magistro literario junxerit. Quod primum suavitè dæmon Juliano Apostatæ, ad Religionis Christianæ memoriam abolendam, istud fuit: claudere scholas omnibus Magistris Christianis. Curandum præterea sedulò, ut muneri scholari quàm aptissimi præficiantur, & qui iis ornati sunt dotibus, quas vel Ethnici in ætate teneræ Magistro desiderabant, qui videlicet

delicet nec vit  
l. 2. c. 2. Ne  
Patrem parv  
rit, acque  
aspectu, d  
plo dictu Sal  
fuit parvula  
Magnum præ  
turus est in reg  
nes oricula a  
rma. Frustra  
& regere poss  
dunt.  
C  
De abe  
Q. 1. An  
Q. 2. An  
Q. 3. An  
Q. 4. An  
Q. 5. An  
Q. 6. An  
Q. 7. An  
Q. 8. An  
Q. 9. An  
Q. 10. An  
Q. 11. An  
Q. 12. An  
Q. 13. An  
Q. 14. An  
Q. 15. An  
Q. 16. An  
Q. 17. An  
Q. 18. An  
Q. 19. An  
Q. 20. An  
Q. 21. An  
Q. 22. An  
Q. 23. An  
Q. 24. An  
Q. 25. An  
Q. 26. An  
Q. 27. An  
Q. 28. An  
Q. 29. An  
Q. 30. An  
Q. 31. An  
Q. 32. An  
Q. 33. An  
Q. 34. An  
Q. 35. An  
Q. 36. An  
Q. 37. An  
Q. 38. An  
Q. 39. An  
Q. 40. An  
Q. 41. An  
Q. 42. An  
Q. 43. An  
Q. 44. An  
Q. 45. An  
Q. 46. An  
Q. 47. An  
Q. 48. An  
Q. 49. An  
Q. 50. An  
Q. 51. An  
Q. 52. An  
Q. 53. An  
Q. 54. An  
Q. 55. An  
Q. 56. An  
Q. 57. An  
Q. 58. An  
Q. 59. An  
Q. 60. An  
Q. 61. An  
Q. 62. An  
Q. 63. An  
Q. 64. An  
Q. 65. An  
Q. 66. An  
Q. 67. An  
Q. 68. An  
Q. 69. An  
Q. 70. An  
Q. 71. An  
Q. 72. An  
Q. 73. An  
Q. 74. An  
Q. 75. An  
Q. 76. An  
Q. 77. An  
Q. 78. An  
Q. 79. An  
Q. 80. An  
Q. 81. An  
Q. 82. An  
Q. 83. An  
Q. 84. An  
Q. 85. An  
Q. 86. An  
Q. 87. An  
Q. 88. An  
Q. 89. An  
Q. 90. An  
Q. 91. An  
Q. 92. An  
Q. 93. An  
Q. 94. An  
Q. 95. An  
Q. 96. An  
Q. 97. An  
Q. 98. An  
Q. 99. An  
Q. 100. An

delicet nec vitia habeant, nec ferant. Quint.  
 l. 2. c. 2. Nec terrebit labor, si Pastor velus  
 Patrem parvulorum se esse debere memine-  
 rit, atque hoc affectu eos complexus suo  
 aspectu, & inspectione non privaverit, exem-  
 plo ductu Salvatoris, cujus sollicita vox:  
*finite parvulos venire ad me.* Marci 10. v. 14.  
 Magnam præterea felicitatem Pastor exper-  
 turus est in regendo grege sibi credito, si om-  
 nes oviculæ à teneris annis ejus voci assueve-  
 rint. Frustrà sibi promittet, quòd ducere,  
 & regere possit adultos, qui adolescentes non  
 duxit.

## C A P U T IV.

## De aberrantium reductione.

**Q.** 1. *An obligatio Parochi se etiam ex-  
 tendat ad corrigendos, reducendos-  
 que aberrantes?* R. affirmativè. *Ad hoc,*  
 verba sunt August. de Civit. DEI l. 5. c. 9  
*Speculatores, hoc est, populorum prepositi con-  
 stituti sunt in Ecclesiis, ut non parcant objur-  
 gando peccata.*

**Q.** 2. *An Parocho in errata subditorum  
 inquirendum?* R. non satisfacere eum muneri  
 suo, si tantùm ea corrigit, quæ casu ad illum  
 perferuntur; sed debet etiam, quantum ho-  
 nesti ratio patitur, inquirere, ut providere  
 possit; *qua enim,* sensus est D. Gregorij apud  
 Valent. 2. 2. Disp. 3. q. 10. p. 2. *potest esse pastoris  
 excusatio, si luxuriosos comedat, & pastor nescit.  
 Qui habet spiritualiter curā alienius, debet eñ*  
 B 2 *inqui-*

*inquirere ad hoc, ut corrigat de peccato. S. Thom. 2. 2. q. 33. a. 2. ad 4. non est expectandū pastori, dum eum quatrat ovis amissa; opus est perditam vel per avia, & devia quatere.*

33 Q. 3. *An dubia quoque Parocho corrigenda? R. affirmativè, cum Patri liceat suspicari, ubi id fratri non licet; nec enim periculum est, nè Pater amans suspiciones illas suas non referat in bonum filiorum.*

34 Q. 4. *An Parochum excuset metus damni gravis sibi imminenti? R. licet metus talis, exceptis paucis casibus, excuset alios, Parochum non excusat; nec enim pastoralis muneri facit satis, qui lupo jam gregem aggresso resistit: etiam venienti obviam procedendum. Mercenarij est fugâ se subducere, cum videt lupum venientem, ne vitam exponat discrimini; videt lupum venientem, & fugit Joan. 10. v. 12.*

35 Q. 5. *An corrigere teneatur, cum spes verisimilis aliquid proficiendi non affulget? R. affirmativè cum Rich. 4. D. 19. a. 2. q. 1. Correctio enim Parochi paterna potius est, quàm fraterna, atque ut talis non ad corrigendum tantum, sed etiam ad docendum refertur. Tunc solum valebit excusatio, cum plus ex admonitione mali timendum est, quàm boni sperandum, eum duntaxat, quem corrigere cupit exasperando. S. Thom. 2. 2. q. 33. a. 6. Ex quo patet minus excusari eos, qui dissimulando aliquid sperant, vel dissimulando affectum, quo in errantes aguntur,*

conservare, & perniciosè ostendere volunt.  
*Ve pastoribus Israël!* ita loquitur DEUS per  
 per Ezechielem c. 34. v. 2. *erraverunt greges  
 mei in cunctis montibus, & non erat, qui re-  
 quireret, non erat, inquam, qui requireret.  
 Consentire videtur erranti, qui adrefecanda,  
 que corrigi debent, non occurrit d. 83. c. con-  
 sentire.*

Q. 6. *An quandoque correctio publica adhibenda e. g. in concione?* R. si peccata ita u-  
 nius sunt propria, ut alij similia planè non ad-  
 mittant, correctio publica omnino non expe-  
 dit: quia tunc ita non sanaret corrigendum,  
 ut malum ejus longè vehementiù exaspera-  
 ret; nec alium effectum sortiretur, quàm  
 quòd minùs debita fierent applicationes, v. g.  
 ut maritus audiens conjugem reprehendi, id in  
 conjugem quadrare diceret, conjux in mari-  
 tum. Si verò plures certo peccati genere de-  
 linquere soleant, publica quoque correctio  
 plerumque non expedit, occasio èn que com-  
 munitè prabet, ut & hìc, quæ v. g. maritus  
 reprehendi audit, in conjugem quadrare di-  
 cat, conjux in maritum, herus in servum,  
 servus in herum. Tunc ergo solùm publica  
 correctio utilis est cùm alicui criminati omnes,  
 aut plerique sunt obnoxij. *Ipse corrigenda  
 sunt coram omnibus, que peccantur coram om-  
 nibus, II. q. 1. c. si peccaverit.*

Q. 7. *Quotplex sit correctio?* R. eam esse  
 duplicem, altera est *justitia*, quæ magis pœna  
 est, quam remedium, perinetque ad forum

externum, altera est *charitatis*, utpote ad delinquentis bonum animæ ordinata, & ideò modo longè diverso adhibenda, spectatque ad Pastores. Ex quo sequitur, talem correctionem esse debere opus geminæ Virtutis, *charitatis* scilicet, & *prudentiæ*: principaliter quidem est actus charitatis quasi imperantis, prudentiæ verò secundariò quasi exequentis, & dirigentis. Doctrina est Angelici in Epist. ad Gal. c. 1. Utraque suadet, ut Parochus, dum corrigit, mansuetudinis constanter meminerit. *Si praoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Sen. de elem. c. 2. Etiam bruta, quæ ad serviendum nata sunt, ut mansuetata, redeunt tamen ad indolem, & furorem, dum præter morem severiùs, & acerbùs habentur: *Suspendite verba, producite ubera*, verba sunt, quibus Pastores dulcissimus Bernardus alloquitur Serm. 23. in Cant. Excipe, nisi admonendus contumax sit: tum enim non obiter admonendus, nec delicatè palpandus. Paucis: curam Parochi plestro similem esse oportet, quo omnes chordæ, ut melos edant harmonicum, tangendæ sunt, sed non eodem modo: nec eodem tempore, sed spectandum prudenter tempus opportunum.

38 Q. 8. *Quid agendum, si admoniti delictorum suorum excusationes, & prout in primo delicto Prota parentum actum est, in alios delicta rejiciant?* R. Rectè tunc agetur, si initio ostendatur non improbari ejusmodi excusationes ad.



addendum tamen, non idcirco non teneri eos auferre hanc sermonum occasionem. Si tamen cuncta sint perspecta, suaviter indicanda indicia notitiæ, ut iisdem ad agnitionem perducantur, ac ubi confessi fuerint, remedium competens corrigendo adhibeatur.

Q. 9. *Quid agendum, si veritas odium pariat, & a reprehensis reprehendens corripitur, vel iradueatur?* 39

Cavendum, ne unquam cum huiusmodi hominum genere velut ad singulare certamen descendatur, neve illi ut adversarij tractentur. *Nolite quasi inimicum existimare, sed corripite sicut fratrem* 2. ad Thess. c. 3. v. 15. Cogitet corripiens, ubi correptus ad agnitionem rediverit, veritatem, quæ prius odium pepererat, paulò post gratiam parituram, sobolem illam matre sua non indignam. Moneantur deinde ejusmodi homines, non alio iudicio magis prodi pessimam peccantium conditionem, quàm correctionis impatientiã; hanc enim luculento argumento esse, non peccare eos impetu subito abreptos, sed assuetudine, & malitiã, quæ callum factè obduxerit, *qui odit correctionem, vestigium est peccatoris*, Eccles. 21. v. 7.

Q. 10. *Quid si & hoc modo non proficiat?* 40

Y. unum, alterumve post mensem denuo monendus est, qui periclitatur, sæpe peccans admonitus cervum imitatur, qui telo læsus, non statim prosternitur, sed telum

visceribus infixum ad spelæum secum defert, in quo non diu post expirat. Perpendit nimirum correptus correptionem domi, donec de vita in melius mutanda cogitet; aut saltem decernit cautiùs deinceps se gerere. Unde tametsi hærentem in visceribus pestem non ponat, contagionem saltè tollit. *Dixisti semel, & non audivit, dicibus, & ter, & roties, donec persuaseris.* Ità Os aureum hom. 16. ad Pop. Antioch.

- 41 Q. 11. *Sed quid si omnes adhortationes omnino nihil proficiant?* R. si peccatores necdum publicè infames sint, ardentius imploretur DEI auxilium: *nemo enim potest corrigere, quem ille despexerit* Eccl. 7. v. 14. nec desperet, animum adamante licèt duriorè tandem cessurum, & expugnandum; si verò ex subditis non nemo ita depuduit, ut suum sibi delictum gloriæ ducat (quo ex numero sunt, qui concubinas publicè alunt, aut quæ flagitiò suò vivunt, ut concubinæ ac meretrices publicæ) agendum per superiores; & siquidem spes aliter emendandi non est, à gremio rescindantur; interim verò sacròrum mysteriorum usu fortiter prohibeantur. Scabiosa ovis à caulis repellenda, nè tota pecora corrumpantur, putrescant, intereant.

- 42 Q. 12. *An obligatio pastoris se etiam extendat ad intima subditorum pernoscenda?* R. negativè: hoc enim factu vix possibile est. Satis proinde habebit singulos nôsse in ijs, quæ sub sen-

senium cadunt, curarēque, ne in his officium ulla ex parte negligatur. *Diligenter agnosce vulvum pecoris tui.* Prov. 27. v. 23. non dicit *cor*, sed *vulvum*.

C A P U T V.

De discordiarum compositione.

**Q.** 1. *Quotuplex sit discordia, qua in parochia nasci potest?* R. eam esse duplicis generis; alia enim *civilis* est propter emolumenta, alia *criminalis* propter acceptas injurias: ad utramque sedandam obligatur Parochus.

**Q.** 2. *Quod utrique remedium?* R. remedium commune utrique est, celeriter ad eas sedandas advolare: tempore enim crescit ira, obfirmantur animi, auferuntur injuriæ, quibus se mutuò partes lacerant. Convenit proinde, ut Pastor accurrat, antequam dissidia quatuor inter muros nata propagentur in publicum. *Laudemus*, aiebat sapiens Eccl. 44. v. 6. *homines divites in virtute pacificantes in domibus suis.*

**Q.** 3. *Quid celeriter accurrenti Pacificatori observandum?* R. summè necessarium esse, ut arbiter, & sequester sit neutri partium adjunctus; libra sit, cujus lances sunt æqualis ponderis. Hinc non ferat sententiam, nisi priùs partem utramque patienter audiverit, moramque indulgeat illi, qui furorē

agitatus, & perturbatus, nondum sui est potens. Sic animos utriusque partis non difficulter demerebitur.

46 Q. 4. *Quid in Civilibus causis speciatim attendendum?* R. inducere oportet discordes, ut totius causæ arbitrium uni alicui permittant, qui utrique partium acceptus sit, sponfione etiam legitimis tabulis firmata, ejus sententiâ sinè ulla appellatione standi. Præterea suadere convenit rectè spectatis commodis utriusque, meliorem esse compositionem mediocrem, quàm litem pendentem ob sumptus graves, qui semper sunt certi, cùm dubia sit victoria, quæ si etiam obtineatur, sumptus sæpe vix æquat, qui in Advocatum, Solicitatores, Referentes, Patronos impenduntur; quia hi causas, quas citò finire deberent, sæpe sæpius fovent in fundum, ex quo vivunt. Curet proinde, ut dicant, quod amicos Job post longam contentionem dixisse legimus: *judicium eligamus nobis, & inter nos videamus, quid sit melius.* Job 34. v. 3.

47 Q. 5. *Quid in Criminalibus contentionibus sedandis præstandum?* R. permittendum, ut offensi non nihil dolori suo indulgeant; audiendi, cùm injuriæ acceptæ magnitudinem, & facinus adversarij indignum narrando exaggerant, dum cesset perturbatio. Præferenda tunc vultûs serenitas, adhibenda verborum suavitas, in dandis consilijs, & remedijs, præcipuè cum ijs, qui partium discordium

dium sunt duces. Apud multos vindictę cupidus proficit interrogatio, an ipsi, si DEUM offenderunt, vel offenderent, similiter DEUM vindicem experiri vellent? uti & si oratio Dominica in mentem revocetur, in qua inter cetera petitur: *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos*, Porro ut tantò faciliùs dissidia componantur, crebrò pro concionibus explicanda sunt mala odiorum, & bona pacis, detonandum præprimis in eos, qui infami, & turpissima consuetudine inimicitias seminare silent narrando partium, quid altera, & alteri quid illa dixerit, vel fecerit. *Sex sunt, que odit Dominus, & septimum detestatur anima ejus, cum videlicet, qui seminat inter fratres discordias.* Prov. 6. v. 16. *Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis, & susurrone sublato, jurgia conquiescent.* Prov. 26. v. 20.



## P A R S II.

## Obligatio Parochi II.

## C A P U T I.

## De inculpabili Parochi vita.

48 Q. 1. *An Parochus magis teneatur rectè vivere, quàm alii Christiani?* R. affirmative. Ratio desumitur ex eo, quòd ideò in gradu suo ab Ecclesia locetur, ut exemplis alios excitet, imò ut ipse exemplar referat, juxta quod populus vivat. Aillocutus Pastorem quemlibet censendus est Apostolos, dum ità ad Titum scripsit. c. 2. v. 7. *in omnibus te ipsum præbe Exemplum bonorum operum: Christi Vicarij sunt Pastores, quibus dictum: exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Joan. 13. v. 15 Huc pertinet illud 1. Petri 5. v. 2. & 3. *Pascite, qui in vobis est, gregem, ei providentes non coactè, sed spontaneè, neque us dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.*

Q. 2. *An huius obligationi satisfiat, si non præcatur exemplo malo?* R. negativè, quia non destruere, non est ædificare, & non vastare vineam, non est eam colere; maledixit Christus arbori, quæ fructum non protulit, quem debebat. Increpuit Dominus servum etiam illum, qui pecuniam Domini non qui-

quidem dissipavit, sed sine fructu abscondit; officium omnis Christiani est: *declina à malo, & fac bonum*, quod amplius obstringit Christianorum Rectores,

Q. 3. An illi satisfiat, dummodo delicta virtutum pallio afforis tegatur? B. negative: quid enim proderit foris esse pastorem, intus lupum? ut exemplum Pastoris pascat populum, & in sui imitationem trahat, necesse est, ut DEUS illo tanquam instrumento utatur ad gratiam mortalibus conferendam; quomodo autem utetur hypocritâ, qui protestatur se, cum punire velit peccata alicujus populi, permissurum, ut ab hypocrita gubernetur: *qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Job. 34. v. 30. Accedit, quod velle videri bonum, non sit auferre à se malum, sed augere: *simulata enim equitas duplex iniquitas est.* S. Aug. in Pl. 63.

Q. 4. Qua regula hoc in puncto sequenda? B. Assignat illam S. Greg. Past. l. 2. c. 1. tantum debet actionem populi transcendere illius actio, quantum distare solet à grege vita pastoris. Vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores Laicos esse, quàm Clericos. VIII q. 1. e. qualis. Si vita clerici cujuscunque laici vitam exæquare oportet, quantum amplius vita eorum exæquet vitam laicorum necesse est, qui inter clericos ipsos supereminet?

## CAPUT II.

## De studio Cultûs Divini.

52 Q. 1. *In quo consistat studium cultûs Divini?* R. consistere in actibus tû *externis*, tum *internis*. *Interni* sunt adoratio spiritalis, oratio, & omnes pii affectus. *Externi* sunt adoratio corporis gestibus exhibita, psalmodia, sacrificia, oblationes, & consimiles, quibus ritus sacri constituuntur.

53 Q. 2. *Quæ media ad internos actûs faciliè eliciendos?* R. plurimùm in finem hunc conferet crebra librorum asceticorum lectio. 2. Attenta meditatio eorum, quæ lecta sunt. 3. Sincera æstimatio Majestatis Divinæ, uti & sanctitatis, ac miserationis, & meritorum Christi. 4. Consideratio vitæ B. V. aliorumque sanctorum DEI amicorum, à qua pro illis actibus norma desumitur. Quæ media non modò faciunt, ut Pastor internè bene sit affectus, sed etiam ad externas actiones ad amissim exemplariter instituendas perfacilè moveatur.

54 Q. 3. *Quid specialiter agendum diebus sabbatis?* R. incumbit Parocho primò dies hos præviè accuratè promulgare, nè fortè negligentia in promulgando sit violationis occasio. 2. Diligenter attendere, nè servili labore apud subditos transigantur. 3. Si necessitas laborem exigat non concedere laborandi licentiam generalem, sed pro hoc casu tantùm, nè vigorem observationis suâ indulgentiâ remitt-



remittat; in correctione tamen ob violationem suavitas potius, quàm asperitas adhibenda, monendo potius, quàm minando.

4. Ubi dubia est necessitas, in indulgendo ad benignitatem magis, quàm rigorem propendere, ut laborans tali die id potius agat ex autoritate legitima, quàm proprio arbitrio.

5. Ut facilius dierum sacrorum observatio procuretur, sæpe pro concione populo inculcare, quàm æquum sit, nè auferratur DEO ullus ex paucorum dierum numero, nève laborando benedictio Divina pro diebus reliquis impediatur. 6. Studere, nè vel minùs accuratè Divina mysteria talibus diebus obeundo, vel magis distractionibus suis, ludo, convivij &c. quàm exercitijs pietatis in templo, & extra vacando minorem æstimationem observationis pariat.

7. Impedire, quantum fas est, nimias computationes in tabernis, choreas, saltus, tumultus, ebrietates, rixas, nocturnas grassationes &c. *1. Currus Israël, sit oportet, & auriga ejus. 2. Reg. 2. v. 12. Currus, qui ad coelum vehat subditos, auriga, qui exemplo ducat:*

*Q. 5. Quid specialiter servandum circa templa? R. incumbit primò omni studio, & ardore curare, ut ibi locorum quàm religiosissimè colatur DEUS. 2. Impedire inibitoriosam garrulitatem, colloquia, & negotia profana, tumultus, jocos, ac alia indecora, & sacris legibus vetita. 3. Specialiter sub*

*ipsis Divinis in ministris templi, chori, & sacri-*

sacristiæ procurare silentiosam, & composi-  
tam modestiam, ut horum pietate populus  
reliquus ad pietatem, DEIque venerationem  
excitetur. 4. Invigilare, ne extra Divina hi  
ipsi habitum irreverentiæ contrahant v. g. co-  
operto capite passim per templum obambu-  
lando, liberiùs clamitando, profana quædam,  
& pro templo minùs necessaria exercendo,  
eo ferè modo, quem domi suæ adhibere solent.  
5. Exteriorem cultum seu in vestitu,  
seu vultu, seu gestibus præferre, qui in-  
tuentes ad venerationem inflammet. 6. Di-  
ligere decorem, & munditiam DEI Domûs,  
nè videlicet muri, & altaria non tantùm or-  
natu sinantur vacua, sed vel maximè pulveribus,  
arcanis, pavementum sordibus iden-  
tidem, & sæpe liberentur; præsertim verò cu-  
rare, ut sacra vestimenta constanter munda  
sint, sarta, & quantum fieri potest, nitida,  
atque decora; quod longè ampliùs de Cor-  
poralibus, Purificatorijs, & vasis sacris venit  
intelligendum. 7. Præter munditiam, & de-  
centiam procurare exactum, & constantem  
ordinem.

### C A P U T III.

#### De fuga avaritiæ.

56 **Q.** I. In quo p<sup>st</sup> religionis ex-  
empla Pastor subditis prælucri  
debeat? R. palàm faciendò se  
procul esse ab omni avaritia juxta supre-  
mi Pastoris monitum, Luc. 12. v. 15. vi-  
dere,

**Caute & cavete ab omni avaritia;** quæ quidem ex doctrina Angelici 1. 2. q. 118. a. 3. dupliciter contingit, res videlicet alienas injustè sibi vendicando, & suas avidè nimis, & cupidè retinendo. Primus modus pugnat contra justiciam, secundus contra beneficentiam.

**Q. 2. Qualiter delinqui possit primo modo?** R. delinqui posse contractibus injustis, usuris palliatis, vi apertâ, exactioibus avaris, quæ si contingerent, sanguis fugeretur proximi ab eo, qui suum pro illo fundere deberet.

**Q. 3. Qualiter delinqui possit secundo modo?** R. delinqui posse studio nimis tenacitudo tuendi sua jura, illa nimis inclementer urgendo, nullo miserationis sensu à debitoribus debita extorquendo. 2. Ut res augeantur propriæ, negligendo auxiliores, & adjutores necessarios, quorum defectu populus commissus bonis plurimis destituitur. 3. Nimiâ curâ familiæ, & cognatorum, eorum negotia omnia administrando, mercimonij, rerum permutationibus se immittendo &c. *Nemo militans DEO, implicat se negotijs secularibus* 2. ad Tim. 2. v. 4. 4. Inordinatâ sollicitudine de œconomia, quâ librorum lectio, studium, scientia, & accuratior animarum cura intermittitur.

**Q. 4. An munere suo, non neglecto, rebus caducis Pastor adhaerescere possit?** R. cùm virtutis æstimatio vim quandam mirabilem Pastorem verbis conferat, nec æstimatio hæc ali-

unde magis noscatur, quam si Pastores similibus non adhaerescant; munus obitum fructuum perexiguum fortietur, si immoderatum studium eorum in illis observetur; praesertim si ad illa comparanda lites inconsultè moveant, easque etiam cum egenis minùs paternè foveant. *Ego*, dicebat Gregorius l. 6. c. 4. *ex domini largitate haec habeo, quòd sic ea, quae ex iustitia sunt, foris exequar, ut, quae sunt amoris, minimè postponam.* *Provido de omni plebe viros timentes DEUM, in quibus sit veritas, dixit ad Moysen DEUS, & qui oderunt avaritiam.* Exod. 18. v. 21. *ignominia sacerdotis est propriis studere divitiis.* XII. q. 2. c. gloria.

59 Q. 5. *An Pastor specialiter obligetur egenis succurrere?* R. affirmativè. Quia apud eum faciliùs invenitur superfluum, utpote in viro, qui, ut sibi viveret, à mundo avulsus, nec liberorù, nec prosapiae curis distenditur. Dominium proinde Pastoris ligatum est vinculo dandi egentibus, quidquid superest sustentationi congruae, & gradui, ac statui, in quo quis est, convenienti. Praeterquam quòd sumptibus non parcendum sit, sed procurandum bonum spirituale eorum, quorum Pastori cura commissà est. *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Jac. 2. v. 13.

60 Q. 6. *An satisfaciat obligationi huic stipem erogando in cognatos inopes?* R. dubium non esse, quin istos, si verè inopes sunt, praeteris juvare debeat, *Discutiendum proinde est*

est, an cognati verè inopes sint? an verò duntaxat tales videantur? 2. An aliqui ex subditis sint, qui egestate vel extrema, vel extremæ proxima laborent? ac idè etiam cognatis non ita pressis præferendi sint? 3. Si cognati æquè pauperes sint, eleemosyna non ut cognatis, sed ut pauperibus distribuenda est. Quemadmodum loquitur Trid. Sess. 25. de refor. c. 1. nec ità, ut unius tantùm, non verò aliorum quoque ratio habeatur. *In liberalitate modus adhibendus est rerum, & personarum rerum ut non omnia uni, sed singulis quadam præstentur.* Dist. 86. c. fratrem 9. in ipsa. Est probanda illa etiam liberalitas, ut proximos seminis tui nè despicias, si egere cognoscas; non tamen ut illi ditiores fieri velint ex eo, quod tu posses conferre inopibus, neque enim propterea te Domino dicasti, ut tuos divites facias D. 86. c. est probanda. Nonne & Ethnici hoc faciunt, ut cognatos locupletent.

## CAPUT IV.

## De Cura Angelicæ Castitatis.

**Q.** 1. An specialis quoque obligatio incumbat Pastori vitare mala impudicitia exempla? R. Affirmativè; quia peccata talia semper in animarum Pastore conjuncta sunt cum scandalo directo, vel indirecto, quo grex offenditur; præterquam quod ait Mellissus l. 2. de confi. *monstruosa res est gradus summus, & animus infimus, sedes prima, & vitissima.* Quàdo

62

nimirum Pastor in sordibus talibus se voluntans sensim evadit minus, quàm homo, quem decebat inter homines non minus esse, quàm Angelum. *Cujus vita despicitur addit Greg h. 12. in Evang. restat ut predicatio contemnatur.* Nec est, quòd sibi quis imponat cogitando se sordes has abscondere posse à tot oculis, & ceusoribus; cùm nimium sit difficile venenum habere intra viscera, & illud occulere: sanè prodet se in mille occasionibus etiam in illis, quas vitare non liceat.

62 Q. 2. *Quæ contra hoc vitium remedia?*  
 R. Si vitiatus non sit eorum è numero, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitie ad Eph. 4. v. 19. conducet primò sequi illud, quod Deus ad Ezechi. 19. v. 2. loquitur: *Fili hominis, notas fac Jerusalem abominaciones suas;* revelare nimirum sincerè morbum suum spirituali medico. Deinde adhibenda media, ut docet Angelicus, alia ex parte corporis, alia ex parte animi, alia ex parte exterriorum, hoc est personarum, vel rerum.

63 Q. 3. *Quæ remedia ex parte corporis adhibenda?* R. Non refugere, imò quærere, quæ corpori sunt aspera: *honestum enim ei vile est,* ait Seneca Ep. 8. *cui corpus nimis carum est.*

64 Q. 4. *Quæ remedia ex parte animi adhibenda?* R. primò assuescere ad res Divinas meditando, præsertim 4. novissima. *Momentaneum, quod delectat in hac vita, æternum, quod cruciat in inferno.* Momentaneum quod cruciat abstinendo ab hoc vitio, æternum, quod

quod delectat in cœlo. 2. Meditationi jungenda lectio librorum sacrorum. *Amo scripturarum studia, & carnis vitia non amabis.* S. Hieron. ad Ruff. de viv. form. 3. Lectioni jungenda frequens auxiliij Divini imploratio, *ut scrivi, quoniam aliter non possem esse contentus, nisi Deus det, adij Dominum, & depressatus sum illum, & dixi ex totis precordijs meis* Sap. 8. v. 21. ait Virorum sapientissimus vitio hoc factus stultissimus. 4. Sedulum literarum studium, & accurata oij fugi *omnia si tollas, periêre Cupidinis arcus.* Ovid.

Q. 5. Quod remedium ex parte personarum, & rerum? R. hoc vel maxime tutum esse in cauta, & circumspecta conversatione, de qua sit

65

## C A P U T V.

## De modo conversandi.

Q. 1. Quotuplex sit conversationis genus? R. id triplex esse; *utile nimirum, periculofum, & noxium.* Primum pastorem oportet quarere, alterum, & tertium studiosè vitare. Pastor omne cum subditis commercium refugiens, gregi quidem suo infestus non est; nec tamen etiam pastor est gregis sui amans: quo fit, ut nec ipse vicissim ametur à grege; quod omnino necessarium est, ut ille ad virtutem ardentè incitetur.

Q. 2. Quomodo Pastoris conversatio utilis sit futura? R. si Pastor in omni conversatione

C

dili-

diligenter curaverit, nè sui observantiam, & reverentiam conversando amittat, quod fieret, si nullis non conventiculis adesset, nullum non ad convivium invitatus accederet, nullis non in circulis fabularetur: hoc enim pacto illud citò sequeretur, ut non plus æstimaretur, quàm de vulgo quilibet: *facile contemnitur clericus, qui saepe vocatus ad prandium, non recusat.* Hieron. ep. 2. ad Nep. de vita cleric. c. 23. Si Clerici assidui sint, & maxime in convivio, ludo, ac joco, enervant gravitatem virilem. Titulus accedendi convivij charitas est, & dilectio ordinata. Fieret id etiam, si coma, vestitus, agendique modus secularitatem potius, quàm gravitatem sacerdotalem redolerent. *Decor corporis non sit affectatus, sed naturalis, simplex, neglectus magis, quàm exquisitus. indutus sit Clericus vestimentis non pretiosis, sed communibus, ut honestati & necessitati nihil desit, nihil accedat vitioris.* Ambr l. 1. off. aut si armorum gestator, vel ludo præsertim chartarum, & alearum deditus (quod utrumque per Canones interdicitur) conspiceretur. Amplius id eveniret, neque absque scandalo, si choreis etiam domesticos inter parietes adesset, cauponas adiret, præterquam in longiore itinere constitutus.

68 Q. 3. *Quæ Pastoris conversatio dicenda sit periculosa?* R. illam esse, quæ habetur cum personis alterius sexûs, intentione quidem non prava, non tamen ejusmodi, quæ ad

tol-



collenda pericula sufficiat. *in medio mulierum  
noli commorari*, monet Divinus Spiritus Eccl.

2. v. 12. Si post labores relaxamentum quaritur, hinc quætere omnino tutum non est, necessitas unicus propè titulus videtur conversationem hanc tutam reddendi, servata insuper in illa verborum, & gestuum gravitate, vitæque iis, quæ familiaritatem majorem, affabilitatem, & blandimenta sapiunt. Tamen si personæ forent, quibuscum agitur, vel in speciem, vel re ipsa magis religiosæ. Prodit ex fœmina etiam bona iniquitas, ut ex pura tinea. *De vestimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas viri.* Eccli 42. v. 13. minus non rarò damnum accipit vir ex commercio cum viro nequam, quàm ex commercio cum fœmina, etiam bona. Unde ad rem idem sapiens v. 14. *melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* Quàm facile evenit, ut juvandæ, servandæque unius animæ specioso prætextu pereant duæ. *Sic stultus estis, ut, cum spiritu cœperitis, nunc carne consumimini*, verba sunt Apostoli ad Galat. 3. v. 3. *fœminam, quam videris bene conversantem, mente dilige, non corporali frequentia.* D. 32. c. *hospitiolum.* Quòd si ipsa charitas postulet invisere fœminam, invisì potest, sed rarò, nec cum longa mora, loco aliorum oculis exposito, nec unquam absque arbitro, qui visu saltèm adsit. Sic Carolus Borromæus, illustris sanè Pastorum Idea, nè sorori quidem sinè arbitris loqui volebat. *Magna pars peccatorum tola*

*litter, si peccatis testis assistat. Seneca ep. 11. Cautela hæc tametsi necessaria non forent ad vitanda pericula, necessaria tamen sunt ad tuendam famam, quæ nulli non pastorum cum primis est necessaria. Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt 1. ad Tim. 3. v. 7. Providemus bona non solùm coram Deo, sed etiam omnibus hominibus. 2. Col. 18. v. 21. Due res sunt conscientia & fama; conscientia necessaria tibi, fama proximo. Seneca ep. 11.*

- 69 Q 4. *Quæ conversatio dicenda est noxia? Hæc illam esse, quæ institueretur cum personis, quæ non periculorum tantùm, sed & lapsuum causa sunt. Magis verò illam, quæ domi fieret, inibi personas tales servarum fidelium, aut notarum titulo alendo, & servando. Ancillas juvenes habere in ministerio, & præter vocabulum nuptiarum omnia esse matrimonij, probrum censebat Dalmata Purpuratus D. Hieron. scribens ad Rusticum. Magnes, qui ferrum paulò longiùs à se remotum penitus non movet, propinquum toto impetu stringit, amplectitur, & ægrè admodum à se divelli patitur. Hinc multis omnino Pontificum, Synodorùmque decretis jubentur Clerici procul suis ædibus habere feminas suspectas. De cohab. cler. & mul. c. inhibendum. c. si quisquam. c. clericos. c. à nobis. D. 81. c. si quis. c. oportet. &c.*

- 70 Regulam pro triplici hac conversatione ut Clericis, ita præprimis animarum Pastoribus compendiosè præscribit Trid. Sess. 22. de refer. c. 1.

ubi sic: Nihil est, quod alios magis ad pietatem,  
 & Dei cultum assidue instruat, quam eorum  
 vita, & exemplum, qui se Divino ministerio  
 dedicârunt. Cùm enim à rebus sæculi in altiorẽ  
 sublimi locum conspiciantur, in eos tanquã spe-  
 culum reliqui oculos conjiciunt, ex iisque su-  
 mant quod imitentur. Quapropter sic decet om-  
 nino Clericos, in sortem Domini vocatos, vitam  
 morẽsque suos omnes componere, ut habitu, ge-  
 stis, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil  
 nisi grave, moderatum, ac religione plenum præ-  
 seferant; levia etiã delicta, quæ in ipsis maxi-  
 ma essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis  
 afferant venerationem. Cùm igitur, quo majore  
 in Ecclesia ornamento hæc sunt, ita etiã dili-  
 gentiùs sint observanda, statuit Synodus, ut, quæ  
 aliàs à summis Pontificibus, & à sacris Concilijs  
 de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinã-  
 que retinenda, ac simul de lusu, commessatio-  
 nibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscunque  
 criminibus, nec non secularibus negotijs fugi-  
 endis, copiosè, ac salubriter sancita fuerunt,  
 eadem impostèrum eisdem pœnis, vel majoribus  
 arbitrio Ordinarij imponendis, observentur; nec  
 appellatio executionem hæc, quæ ad morum  
 correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò  
 ex his in desuetudinem abuisse compererint, ea  
 quàm primùm in usum revocari, & ab omni-  
 bus accuratè custodiri studeant, non obstanti-  
 bus consuetudinibus quibuscunque; nè subdito-  
 rum neglecta emendationis ipsi condignas Deo  
 vindici pœnas persolvant.

## CAPUT VI.

## De modo ægris assistendi.

71 **Q.** 1. *Qua obligatio iuvandi infirmos Parocho incumbat?* R. si magna est respectu sanorum, major longè erit respectu agrè valentium, quia salus eorum in lucta ultima, & agone, in quo de tota æternitate agitur, tunc maximo periculo est exposita.

72 **Q.** 2. *An expectandum Parocho, dum vocetur ad egros?* R. minimè, sed incumbit pastoralis curæ inquirere, quinam è subditis in ægritudinem delapsi sint, ut tempore adiri possint, experientia enim docet, quòd præsertim simplices animarum medicum non advocent, nisi ubi periculum est in apice; quo fit: ut, dum Pastor advocatus accurrit, æger non rarò sensuum, & mentis impos, ac ità ad summè necessariorum usum deprehendatur inhabilis. Pastor bonus ovem quærit, non ab ove quæritur. Si verò citò accedat, non conferet mox omnia Sacramenta, ut molestiam evitet, sed videbit, quæ morbi sit exigentia.

73 **Q.** 3. *An obligationi huic satisfiat ægrum accedendo, & Sacramenta necessaria illi administrando?* R. negativè; sed oportet infirmum Pastorem illis remediis esse instructum, ut peritum medicum, quibus indigentia ægri facile succurri possit: cum sæpe ab opportunis monitis, & auxiliis salus ægrorum æterna dependeat.

Q. 4. Quid agendum Pastori in primo ad agrum accessu? R. sequentia illi esse præstanda. 1. Excitare debet in ipso magnum desiderium procurandi salutem; quod ut finem fortiatur, brevibus, solidis tamen affectibus hoc ipsum à DEO postulet e. g. dicendo: *da misericordissime Deus, ut animam hanc, quam pretioso tuo sanguine redemisti, hoc extremo momento, ex quo pendet tota aternitas, lucrari possim!* Dein breviter recogitet, quæ praxis cum hoc ægro adhibenda, ut dispositio evadat salutaris. 3. In ipso accessu præferat animum miserentem malorum ægroti; nec unquam exprobet originem agritudinis, velut intemperantiam, aut aliam indulgentiam, & uon domitas animi, corporis que appetitiones. 4. Si deprehendat, morbum esse periculosum, conabitur impedire mundana amicorum colloquia, inanes ploratus, ut æger otium habeat, animum ad pias cogitationes, & salutaria monita convertendi. 5. Faciet, ob oculos poni imaginem crucifixi, aut aliam, quæ DEI memoriam excitet, & ut aqualustrali æger, atque lectus frequenter aspergatur. 6. Si medicus, vel amici nolunt de mortis periculo admonere, præstabit hoc ipsum discretè, & molliter, dicendo v. g. *fumus omnes mortales; nescimus autem diem, neque horam; medicus iudicat, non abesse periculum; non nocet igitur tempestivè disponere domui suæ; imò hoc juvare potest ad corporis, & animæ salutem.*

7. Si æget necdum fecit testamentum, morneat, ut id faciat, nec in isto animæ suæ obliuiscatur, ut tantò liberius curas suas omnes saluti impendat. 8. Si restitutioni obnoxius est, restitutionem suadeat. Si iram, & vindictam fovet, urgeat, ut inimicis, exemplo Christi, integrè ignoscat, & ut veniam postulet ab omnibus, quos quomocunque offendit.

75 Q5. *Quid agendum, si observet, agrum mortis nuntiatio angere?* R. in promptu habenda motiva, quibus mortis horror minuat, & ad actus resignationis inducatur. Motiva autem possunt esse sequentia. 1. *Statutum est hominibus semel mori.* ad Hebr. 9. v. 27. quid volo stultè fugere, non habens hinc manentem civitatem! 2. *Deus est supremus Dominus vitæ, & necis titulo creationis, redemptionis, & essentialis Domini.* Cur illi dare recuso, quod suum à me expetit? Addi potest exemplum Job. *Dominus dedit, Dominus abstulit* Job. 1. v. 21. 3. *Ex Augustino c. 21. Med. vita hæc vita misera, vita caduca, vita incerta, laboriosa, vita immunda, vita Domina malorum, plena miserijs &c.* An non prudens est à tot malis liberari? 4. *Ex eodem c. 22. vita, quam preparavit Deus diligentibus se, vita vitalis, vita beata, vita secunda, vita tranquilla, vita pulchra, vita munda, vita casta, vita sancta, vita ignara mortis, nescia tristitia, vita sine dolore &c.* An non Sapiens est istam præ hæc miserabili eligere, & desiderare.

rare? 5. Ex illo Mich. 7. v. 9. *iram Domini portabo; quia peccavi ei.* An non utilissimum est pro totius vitæ criminibus resignatione amorosa uno momento velle satisfacere? 6. Juxta Joann. 3. v. 16. Sic me DEUS dilexit, ut Filium suum unigenitum daret, ut non perirem, sed habeam vitam æternam. An non gratitudo exigit, ut reciprocè illum diligam, & meamque vitam illi tradam? Servient hinc sequentes resignationis actus: *Paratum cor meum, DEUS, paratum cor meum, ut faciam sanctissimam voluntatem tuam. Mibi vivere Christus est, mori luerum.* Phil. 1. v. 21. *Sive vivimus, sive moriamur, Domini sumus.* Rom. 14. v. 8. *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.* Job. 1. v. 21. *Letatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in Domum Domini ibimus.* Psal. 121. v. 1. *Domine JESU Christe, ad amorem, & gloriam tuam suscipio de manu tua paterna omnes, ac singulos hujus morbi dolores, ac molestias, & mortem ipsam, tanquam reliquiam Crucis tue. Salve crux pretiosa, quæ traxisti decorem de membris Domini mei JESU Christi; suscipe me discipulum Ejus, qui pependit in te, ut per te me recipiat, qui per te me redemit.* Off. S. Andr. *Christo confixus sum cruci.* ad Gal. 2. v. 20. *Vivo ego, jam non ego, vivit verè in me Christus.* ad Gal. 2. v. 20. *Conjungo, Domine, dolores meos doloribus JESU Christi Domini mei. JESU, MARIA, JOSEPH, amores mei dulcissimi, amores mei! patiar ego, moriar ego amore Vestri; ut sim conformis imaginè Filii DEI pro me crucifixi.*

76 Q. 6. *Quid si ager longioris vite amorem opponat?* R. ostendat Pastor, quomodo DEUS detinaverit terminum vitæ, quando vidit expedire, ut moriamur; quem terminum velle prorogare periculosum est, cum timeri possit, nè vita longior ruina sit animæ, & mors dein obtingat, non ita disposito. Ostendat etiam, quòd, licèt mors evadatur modò, fortè tamen post paululum obruet. Si idèò desideratur vita longior, ut spatium pœnitendi sit longius, declaretur, quomodo fortasse DEUS videat majorem materiam pœnitentiæ per nova peccata accumulandam.

77 Q. 7. *Quomodo ager disponendus ad patientiam?* R. etiam hìc adhibenda esse motiva, qualia sunt. 1. Voluntas DEI sapientissima, & benevolentissima. Quis potest melius consulere, aut melius velle? 2. *Quia viri in infirmitate perficitur* 2. ad Corinth. 12. v. 9. Si aurum sum; per hunc ignem evadam vas in honorem DEI. 3. *Quia anima morbo affecti propinqua est DEO* Greg. Naz. Or. 2. ad Cives. *Infirmus confixus cruci Christi*, ad Galat. 2. v. 20. patiar, & moriar cum illo in cruce. 4. *Infirmitas carnis est quasi purgatorius ignis* juxta Bedam. Quid igitur ad gravius purgatorium me differo? 5. Non fui dignus martyrio pro amore DEI mei; nunc ejus aliquam occasionem habeo. 6. Internum toties merui peccatis meis; cur pœnas illius tam parvis doloribus non redimam?

7. Quid



7. Quid hactenus pro amore DEI mei feci , & passus sum ? nunc habeo occasionem. Momentaneum, quod cruciat. 8. *Sic oportebat Christum pati &c.* Luc. 24. v. 46. *non est discipulus super Magistrum* Matth. 10. v. 24. Morbus reliquia est Crucis Christi. Salve Crux! 9. Juvabit adducere exempla Sanctorum , B. Virginis, Apostolorum, Martyrum, Confessorum &c.

Q. 8. *Quomodo disponendus ager ad exercitium fidei, & spei, fiduciaq; in DEUM, qui actus sunt dispositio ad efficaces actus amoris, & contritionis?* R. Si ager in fide vacillet, proponenda sunt breviter primaria argumenta ex controversijs, jubeaturque differre dubia, & credere DEI infinitæ veritati. Dein inducatur ad recitandum attentè Symbolum fidei. Si recitare non possit, juvetur per partes interrogationibus, v. g. credisne in DEUM Creatorem omnium, & Salvatorem nostrum JESUM Christum? &c. itè: credisne idè omnia, quæ Ecclesia credenda proponit, quia DEUS sic revelavit, qui nec falli potest, nec fallere? Pro spe: ponisne spem salutis æternæ in DEI omnipotenti, & fidei misericordia, ac meritis Salvatoris nostri JESU Christi? Ostendatur hîc pro motivo, quomodo nullum peccatum sit, quod ab optimo DEO remitti non possit, exemplo S. Magdalenæ, & aliorum adducto. Quomodo Christus idè in Cruce sit mortuus, in ea brachia stringat in amplexum. Quomodo

do DEUS Pater benignissimus mortem nolite peccatoris, Serviet huc exemplum filij prodigi. Habeantur in promptu actus fidei, & spei, qui inspirentur, e. g. *Credo omnia, quae docuisti, Christe Fili Dei unigenite, qui via es, veritas, & vita. Ad te Domine levavi animam meam, Deus meus, in te confido, non erubescam.* Ps. 24. v. 2. *Magna est super caelos misericordia tua, & usque ad nubes veritas tua.* Ps. 107. *In te Domine speravi, non confundar in aeternum.* Ps. 70. Addi hic potest oratio: *Deus, cui proprium est misereri sepe, & parcere, suscipe deprecationem nostram; ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, misericordia tua pietatis clementer absolvas.* Eccles.

29 Q. 9. Quomodo eger disponendus sit ad actum amoris erga Deum, & perfectam contritionem? R. declarandam illi esse Divinam infinitam bonitatem. Pro quo servire poterit revocare in memoriam beneficia creationis, redemptionis, praeparationis caelestis gloriae, & tot meliorum concessorum, praecipue vero beneficia particularia baptismi, educationis, liberationis, & praeservationis à peccato &c. Deinde ostendere juvabit, bonitatem Dei omnino bonitate creata infinite esse majorem, ac ideo super omnes creaturas diligibilem. Actus amoris esse possunt. *Amo te, quantum a te habeo, quantum possunt, quantum vis, quantum donas, quantum dignus es. Amo te in omnibus, pro omnibus. Amo te Seraphice, Mariae, vellem etiam Theandrice, Amo te omnibus*

viri-

viribus meis, si possem secundam totam amabilitatem tuam. Amo te toto me, vellem etiam, si possem, amare te toto te. Desidero ardentissime, ut ab omnibus, in omnibus, super omnia, magis, ac magis sine fine ameris, & glorificeris in aeternum; quia vis, quia dignus es. Da Domine, quod vis, ut amem te perfecte in vita, in aeternitate.

Q. 10. Quid agendum, si ager vix amplius loqui possit? R. juvandum esse interrogationibus. e. g. credisne omnia, quae Deus summa veritas per Ecclesiam credenda proponit? fiduciamne tuam omnem in Deo? Eju tuo defixisti fidelissimo in promissis suis, & omnipotenti auxiliatore? amasne Deum super omnia propter infinitam ejus bonitatem? dolensne ex animo te Deum toties offendisse, quem summo amore amare deberes? Nonne te Deo totum tradis, qui tibi se totum dedit? Nonne aliter, & omnino exemplariorem vitam institueres, si convalesceres?

Q. 11. Quomodo ager disponendus ad poenitentiae Sacramentum? R. si tempus patitur efficiat Pastor, ut huic actus fidei, spei, charitatis, & contritionis praemittat. Dein hortetur, ut quidquid conscientiam gravat, exacte manifestet, ac demum absolutione data convenientem, & viribus proportionatam poenitentiam injungat. Si vero periculum urgeat, signum doloris rescire conetur, aut videte; & si adhuc tantum loqui potest, peccatum aliquod manifestari postulet, & poenitentiam levem, etiam actum internum: *DEUS propitius esto mihi peccatori.*

catori, Luc. 18. v. 13. imponat. Si sensuum impos sit, signo doloris animadverso *absolutè* absolvat; hoc verò deficiente, absolvat *sub conditione*, quæ faciet, nè Sacramentum frustrationi exponatur. Inclamet autem, & quantum mora patitur, etiam post, actus aliquos è suprà recensitis, præsertim contritionis. Plura vide infrà de administrando Sacramento pœnitentiæ.

82 Q. 12. *Qua remedia adhibebit Pastor, si agrum obstinatum deprehendat?* R. conabitur rescire, unde hæc obstinatio ortum ducat? si ex hæsitacione in fide, adhibendum est medium Q. 8. adductum. Si ex desperatione, servient media Q. sequente assignanda. Si ex horrore confessionis, ostendatur, an expediat confundi nunc coram homine uno sub strictissimo sigillo? an coram toto mundo in extremo iudicij die? Proponantur pœnitentium exempla; declaretur, quomodo impœnitentia finalis gravissimum sit peccatum ex omnibus contra Spiritum Sanctum, hoc est contra DEI bonitatem. Serviet huc illud Apostoli ad Rom. 2. v. 4. *An divitias bonitatis DEI, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die ire, & revelationis justi iudicij Dei.*

83 Q. 13. *Quid agendum, si ager ad desperationem inclinet?* R. proponenda est illi infinita

DEI

DEI misericordia, qui non vult mortem impij, sed magis ut convertatur impius à via sua, & vivat. Ezech. 33. v. 11. cuius sanguis emundat nos ab omni peccato. 1. Joan. 1. v. 7. qui non venit vocare justos, sed peccatores. Marc. 2. v. 17. qui est propitiatio pro peccatis nostris. 1. Joan. 2. v. 2. qui Pastor est ovem perditam quarens, suisque humeris reportans. Luc. 15. v. 5. qui omnes vult salvos fieri. 1. Tim. 2. v. 4. si confiteamur peccata nostra fidelis est, & justus, ut remittat nobis omnia peccata nostra, emundet nos ab omni iniquitate. Joan. 1. v. 9. Quæ ut magis penetrentur, ponatur ob oculos Imago Christi pro peccatore crucifixi. Si opponatur ab ægro, peccata sua esse nimis multa, nimisque gravia, ostendatur, quomodo major sit DEI misericordia, utpote infinita, quàm mundi totius malitia. Si peccata, ait Basilius in regulis brev. q. 13. magnitudine, & numero possunt desiniri, miserationes autem DEI neque magnitudine, neque numero possunt circumscribi, sinè dubio non est, cur desperatio adhibenda sit, sed cognoscenda misericordia DEI, & commissa peccata detestanda. Juvabit hic adducere exempla magnorum peccatorum, qui tamen pœnitendo veniam sunt consecuti, ut David adulteri, & homicidæ, Magdalenæ peccatricis publicæ, Matthæi, & Zachæi injusti, Petri abnegatoris Christi, Thomæ increduli, Latronis in Cruce, Pauli Ecclesiæ persecutoris, Theophili dæmoni se devotentis &c.

84 Q. 14. *Quid circa Viaticum sit observandum?* R. inducendus æger, ut illud sumat tempestivè propter casus inopinatos, nec curet, si æger non sit jejunus. 2. Faciat, ut sumatur cum magna reverentia, sic, ut æger, si flexis genibus suscipere nequit, saltèm non nihil se erigat. Eliciantur actus fidei, spei, & charitatis. Pro quo motiva esse possunt: quòd adveniat Sponsus, Ductor ad cælum; Bonus Pastor ovem errantem in humeros suscepturus, Protector, & Defensor, DEUS munificentissimus &c. Præterea eliciantur actus oblationis, petitionis &c. addantur actus adorationis, v. g. cum S. Thoma; *adoro te devotè latens DEITAS, quæ sub his figuris verè latitas; tibi se cor meum totum subjicit: quia te contemplanis totum desitit.* Vel cum S. Aug. *Ave principium nostræ creationis! Ave principium nostræ reparationis! Ave Sacrificium nostræ reconciliationis! Ave Antidotum nostræ curationis! Ave Viaticum nostræ peregrinationis! Ave Refugium nostræ tribulationis! Ave Præmium nostræ expectationis!* Suscepto Viatico exerceatur præter affectus reliquos in actibus gratiarum actionis.

85 Q. 15. *Quid circa Extremam Unctionem observandum?* R. 1. Conetur in ægro excitare magnam hujus Sacramenti æstimationem, ostentis ejusdem emolumentis, videlicet: quòd ex opere operato augeat in anima gratiam sanctificantem, minuâtque peccatorum

rem reliqua  
 dinationes,  
 etiam moral  
 nitatem  
 gratis, &  
 cum devotio  
 æger, ut h  
 fessum ab  
 de Cariti, ve  
 niti passio  
 ut DEO grat  
 Dein horret  
 duciam de  
 lilius DEUS p  
 de intia de ho  
 Q. 16. An  
 de nate savi  
 v. l. q. negat  
 inveni, cum  
 franca exig  
 rius motu  
 contentis  
 xat præbe  
 quores ex al  
 Si Pastor infir  
 filij male va  
 salvet etiam  
 Q. 17. Quis  
 vni? R. con  
 è circumstant  
 pmi non poi

rum reliquias, habitus nimirum malos, inclinationes, ac pœnam, tollat per accidens etiam mortale; quòd aliquando conferat sanitatem corporalem; quòd causet auxilia gratiæ, ac veros actus virtutum. 2. Ut cum devotione majori suscipiatur, hortetur ægrum, ut sub unctiōe eliciat dolorem de sensuum abusu, singulòsque abluat sanguine Christi, vel offerat illos sanctissimæ Trinitati passione Christi emundandos; item ut DEO gratias agat pro hoc Sacramento. Dein hortetur ægrum ad concipiendam fiduciam de sanitate recipienda, si animæ illius DEUS proficuum viderit. Reliqua vide infrà de hoc ipso Sacramento.

Q. 16. An sufficiat semel ægrum adeundo de necessariis ad bene moriendum illi prospicere? R. negativè; sed oportet, si morbus continetur, eundem pijs alloquijs, & si circumstantiæ exigunt, Sacramentis iteratis ad securiùs moriendum disponere. Bonus pastor contentus non est, ovi ægræ semel duntaxat præbere pharmacum; sed toties iterat, quoties ex allata ope sperat emolumentum. Si Pastor insimul Pater est, paterno affectu filijs malè valentibus non tantùm prospicit, sed fovet etiam tenerè.

Q. 17. Quid agendum, postquam æger exspiravit? R. commendanda est anima detuncti circumstantibus, dicendo, eum meliùs juvari non posse, quàm Sacræ Confessionis,

54. *Oblig. Parochi II. Pascere oves Exem.*

Communione, & Sacrificij Missæ fructu illi applicato. Moneat eosdem de cura habenda suæ salutis, ad quam necessaria vitæ innocentia. Ostendat, quomodo nihil nobis solatio futurum in, & post mortem, præter conscientiam bonam, & opera multa meritoria, quòdque illud à sanis agendum sit, quod se in morte egisse optabunt. Dein funus tempestivè mandari tumulo faciet, quod juris consuetudo pro munere hoc assignat, expetet, misericordix, si paupertas adsit, non oblitus.





P A R S III.

Obligatio Parochi III.

*pascere oves Sacramentis.*

C A P U T I.

De Sacramentis in genere.

A R T I C U L U S I.

*De obligatione Parochi administrandi  
Sacramenta in genere.*

**Q.** I. *An Parochus obligetur Sacramentorum vim, & usum subditis suis pro suscipientium capite explicare? R.* affirmative. Hoc enim clarè præcipit Trid. Sess. 24. de refor. c.7. ubi sic: *ut fidelis populus ad suscipienda Sacramenta majori cum reverentia, atque animi devotione accedat, præcipit Sancta Synodus Episcopis omnibus; ut non solum, cum hæc per se ipsos erunt populo administranda, prius illorum vim, & usum pro suscipientium capite explicent; sed etiam idem à singulis Parochis pie prudentèrque, etiam lingua vernaculâ, si opus sit, & commodè fieri poterit, servari studeant.*

88

**Q.** 2. *An Parochus etiam teneatur suis ovibus Sacramenta administrare? R.* affirmative cum Concilio Trid. Sess. 23. c. 1. *Præcepto Divino mandatum omnibus, quibus animarum Cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificiis*

89

cium offerre, verbique Divini predicatione  
NB. Sacramentorum administratione, bono-  
rum omnium operum exemplo pascere, pau-  
perum, aliarumque miserabilium personarum  
curam gerere &c. omnibus autem hac obliga-  
tio ex beneficio Ecclesiastico procedit teste  
Gobat. tit. 1. n. 105.

- 09 Q 3. Quando obligatio ista urgeat? R: hanc  
obligationem urgere, non solum tempore, quo  
oves tenentur ex suscipere ex præcepto  
Ecclesiastico, vel Divino; sed etiam quando-  
que extra tempus præcepti. Unde volentibus  
ex sola devotione confiteri, aut communicare,  
debet etiam ex gravi culpa gratificari. Excipe  
1. nisi frequenter nimis petantur. 2. Si alius  
facile haberi possit, qui illa administret. Pos-  
sev. de off. Curati c. 5. n. 2. Urget etiam, licet  
non expetantur respectu infirmorum, quos  
visitare tenetur, & scire, an sacramentis indige-  
ant, & ut illa recipiant, adhortari. Gob. loc. cit.
- 91 Q 4. An eadem obligatio urgeat etiam  
cum periculo mortis, & in peste, vel alio morbo  
contagioso? R: affirmativè: ita S. Th. 2. 2. q.  
185. a. 5. ad 1. Suarez tom. 3. in 3. p. D. 72.  
S. 3. Sà, Vasquez &c. ratio est: quia bonus Pa-  
stor animam suam dat pro ovibus suis. Joan.  
10. v. 11. Quæ doctrina non tantum intelligen-  
da est de extrema necessitate (quando constitu-  
tus in mortali, vel ignorat, quid sit contritio  
perfecta; vel si scit, nescit eam esse in tali statu  
necessariam) sed etiam intelligi debet de  
gravi, quando videlicet infirmus in tali statu  
est

est, ut non nisi difficillimè contritionem elicere possit. Ratio est: quia Parochus magis obligatur conferre Sacramenta, quàm Extraneus. Ergo cùm Extraneus obligetur conferre v. g. Baptismum, in extrema necessitate, Parochus obligabitur etiam in necessitate gravi. Hinc sequitur tempore pestis, vel morbi contagiosi fugere non posse. Ità communis. Ratio est: quia nullo casu excusari potest, quò minùs ministret morienti Sacramenta, utpote, qui Pastoris munus titulo justitiæ suscepit.

*Q 5. An cum tanta obligatione teneatur 92*  
*administrare omnia, que administrare potest?*

Re. cum Lopez p. 1. Instruct. c. 67. & alijs, negativè. Licet enim obligatio hæc se extendat ad Sacramenta necessitate medij necessaria, v. g. Baptismum, & Pœnitentiam; non videtur tamen se extendere ad Evcharistiam, & Extremam Unctionem, nisi æger alijs Sacramentis juvari nequeat: fieri enim potest, ut, qui eget, sit attritus, & accedente Extrema Unctione, virtute Sacramenti fiat contritus.

*Q 6. An Parochus in peste, vel contagio- 93*  
*ne sibi substituere possit alium?* Re. affirmativè.

Requiritur tamen ad hoc expressa Episcopi licentia. Barb. de off. Parochi p. 1. c. 17. Bannez. Benzon. cum communi. Declaravit id ipsum Gregor. XIII. apud Dianam p. 5. tract. 3. ref. 53. Licentia hæc ab Episcopo non facilè neganda, si substituatur idoneus,

& æquè proficius bono communi; secùs, si, qui substituitur, inidoneus sit, aut communi bono minùs utilis. Addit Barb. citatus Parochum tunc absentem corpore, animò tamen debere esse præsentem, ac providere, ut substitutus ritè fungatur officio. Porro, monet citatus Author, cavendum esse Parocho; nè dum invigilat saluti unius non graviter indigentis, conjiciat se in discrimen, nè alij destituantur auxilio spirituali. Unde si solus sit Parochus in oppido, vel pago, non expedit, ut administret Sacramenta non admodum necessaria, vel secundum se, v. g. Extremam Unctionem, vel respectu personarum, quarum bonum statum probabiliter novit. Cæterùm urget charitas erga se ipsum, ut periculo exponendus prudenter sibi provideat de convenientibus medijs, quæ procurare communitati incumbit. Demum tenentur infecti Sacramentis uti minimò, quoad fieri potest, periculò Pastorum.

94 Q. 7. *An vocatus ad Sacramenta administranda teneatur eò ire, quò vocatur, si sciat sibi in via parari insidias, & certam mortem imminere? R. affirmativè? Si expectantur Sacramenta necessitate medijs necessaria, nec aliter saluti prospici queat, ut si expectatur Baptismus, vel Pœnitentia. Tum autem oportebit de defensoribus, & medijs defensionis sibi prospicere, ut vel vim vi repellat, vel ingenio eludat. Cæterùm si vocetur pro Baptismo, suffi-*

146  
sufficiat, ut doce  
baptizent ( di  
de debita a  
tem Unctione  
nem se cano  
ficio, quod ages  
sufficiens ad  
etiam curare, m  
quim se, si ali  
non adit, acco  
in via futurum  
off. Parochi, p  
Q. 8. An Pa  
dicit, admone  
vis illius oper  
dando se de de  
de morte? R. ne  
tuncque nec  
minis potest m  
vocat de die  
maiores, du  
nem de nocte  
apud Barb  
si pro die, a  
Unde salubris  
de Author Me  
bet. tit. 1. n.  
paribus, sub  
rochialis edic  
dique practi  
ment illis ad  
viam etiam

sufficit, ut doceat vocantes modum, quo ipsi baptizent ( dummodo moraliter certus sit de debita administratione ) Pro Extrema autem Unctione, aut sola Eucharistia non tenetur se tanto discrimini exponere, supposito, quòd ager citra hæc duo Sacramenta sufficienter ad salutem sit provifus. Potest etiam curare, ut confessio audiatur ab alio, quàm se, si alium habere posset; si verò non adsit, accedere debet, licèt judicet se in via futurum victimam charitatis. Barb. de off. Parochi, p. 2. c. 17.

Q. 8. *An Parochus, qui scit sibi strui insidias, admonere populum possit, ut, qui indiguerit illius operâ, vocet eum de die, non nocte, addendo se de die promptè ad futuram, non itè de nocte?* R. negativè. Tenetur enim ire, quotiescunque necessario vocatus fuerit. Nihilominus potest monere populum, ut pro viribus vocent de die; quia de nocte sunt difficultates majores, dummodo non excludat vocationem de nocte. Poss. de off. Cur. c. 5. n. 39. apud Barb. cit. Laudabilius tamen fecerit, si pro die, ac nocte paratum se ostenderit. Unde salubris novi Parochi regula est, quam dat Author Man. Paroch. p. 2. c. 1. apud Gobat. tr. 1. n. 110. ut nè ipse saltem desit suis partibus, sub principium susceptæ curæ Parochialis edicat suis Parochianis, se noctu, diùque praesto futurum ad necessaria Sacramenta illis administranda; proinde ne vereantur etiam de nocte postulare, si videatur

tur subesse necessitas; nec permittantur ægi tamdiu decumbere absque Sacramentis, dum periculum sit, nè rationis usu priventur: quod in, alidis febribus sæpe sæpius evenire solet.

- 96 Q. 9. *An Parochus excommunicatus teneatur Sacramenta administrare?* R. negativè, nisi in casu extremae necessitatis. Possèv. tamen ait n. 246. Parochum occultè excommunicatum petiitum à suis Parochianis, ut missam celebret in die festo, vel Sacramentum aliquod ex necessitate administret, non peccare, modò præmittat dolorem de peccatis; nec absolutionem ab excommunicatione possit obtinere ante administrationem; nec ipse se ingerat, sed petitus administret. Quæ intelligenda sunt de excommunicato vitando; an verò mortaliter peccet minore excommunicatione innodatus, controversum est apud Auctores. Occultè majore excommunicatione excommunicatus validè etiam administrat Sacramentum pœnitentiæ, si communi opinione habeatur non excommunicatus, habeaturque pro legitimo Parocho. Ità Gob. tr. 7. n. 106. & 107. Ratio est, quia communis error, & titulus à Superiore collatus, quamvis etiam invalidus esset ob vitium latens, facit, ut gesta Parochi talis in foro conscientiæ omnino sint valida. Gloss. v. *decepta*, in c. *dudum* 54. de Elect. Excommunicatus verò excommunicatione minore validè, & licitè Sacramen-
- ta ad

ta administrat, quæ susceptionem non requirunt. Ratio est: quia effectus minoris excommunicationis tantum est privatio susceptionis Sacramentorum.

*Q. 10. An Parochus seclusâ Episcopi re-97. servatione possit alteri etiam simplici Clerico sacerdoti dare licentiam administrandi Sacramenta? R. posse, exceptâ Pœnitentiâ, pro qua licentiam dat solus Episcopus. Colligitur ex Trid. Sess. 23. de ref. c. 15. Potest tamen delegare jurisdictionem pro foro Pœnitentiæ respectu suorum subditorum illi, qui in alios jurisdictionem jam est adeptus.*

*Q. 11. An Simonia sit pro Sacramentorum 98 administratione aliquid recipere? R. affirmativè, si recipiatur vel tanquam ipsorum pretium, vel tanquam merces operis, aut laboris concomitantis. Bonac. de Simonia. q. 1. §. 1. cum communi. Si verò concurrat causa honesta dandi, & recipiendi, qualis est elemosyna, pia oblatio, stipendium sustentationis, mercedis laboris antecedentis, & oblationis subsequenti, simonia non erit. Ità Bonac. cit. q. 5. §. 2. Hinc ubi viget consuetudo administranti Sacramenta aliquid dandi, ex hujusmodi causis dari præsumitur. Nec simonia est aliquid accipere pro materia remota Sacramentorum, ut pro pane, vino, aqua, oleo. Ratio est: quia tunc non datur, & accipitur temporale pro spirituali, sed temporale pro temporali.*

## ARTICULUS II.

## De valida &amp; licita Administratione.

99 **Q.** 1. *Quid ad validam, & licitam administrationem in legitimo Parocho requiratur?* R. ut Parochus validè Sacramenta administret, debet habere debitam intentionem conficiendi Sacramentum. 2. Debet habere materiam & formam à Christo institutam. Ratio desumitur ex Flor. in decr. Eugenij. *Sacramenta tribus perficiuntur &c.*

100 **Q.** 2. *Quae intentio sit optima, quae sufficiens? quae insufficientis?* R. ad 1. optimam esse explicitam, directam & formalem, quâ quis directè, & expressè vult facere, quod Christus instituit. Ità communis ex Trid. Sess. 7. c. 11. de Sacram. in genere. R. ad 2. sufficiens est virtualis, quæ tunc est, quando minister, quia elicit actualem intentionem, vi, & virtute illius exequitur actionem Sacramentalem. v. g. elicit intentionem celebrandi, hinc vadit ad templum, induit vestimenta sacra, progreditur ad altare &c. Laym. l. 5. tr. 1. c. 5. cum communi. 2. Sufficiens est implicita, quæ etiam dici potest virtualis, quòd in explicita vel naturâ suâ, vel ex Ecclesiæ institutione comprehendatur. Talis esset intentio, quâ quis vellet celebrare secundum bonorum sacerdotum consuetudinem I Gob. tr. 1. n. 84. cum communi. 3. Insufficiens est Indirecta, quando videlicet directè volumus causam, unde videmus secuturum esse

etum



Etum quempiam, quem in causa, adeoque indirectè volumus. Hoc modo explicata interpretativa pariter insufficientis est. Vasq. D. 138. n. 68. Dicast. D. 3. n. 117. Idem est de *Habituali*. La Croix lib. 6. p. 1. n. 56. Ratio est: quia confectio cum tali intentione non est actio humana; cum non fiat ex deliberatione rationis. Non sufficit etiam *Conditionata de futuro non necessario*, saltèm *ex suppositione*; Quia suspendit effectum Sacramenti.

Q. 3. *Quomodo Sacramentum ratione materiae, & forma possit reddi invalidum?* R. 1. id contingere posse, si materia, vel forma alia adhibeatur, quàm à Christo sit instituta, ut si in Baptismo loco *aquae elementaris* adhibeatur *vinum* vel, *aqua artificialis*. 2. Si materia aut forma mutetur substantialiter Theologicè, sic videlicet, ut amittat illam rationem, sub qua fuit assumpta, & à Christo determinata, ut si vinum in conficienda Eucharistia versum sit in acetum; aut sub conditione, si materia dubia revera non fuit sufficiens; aut talis particula in forma omittatur, vel mutetur, ut forma non habeat sensum à Christo intentum. 3. Si materia, vel forma adhibeatur cum errore practico, qui tunc est, quando erratur animo inducendi errorem, quem quis in forma profiteretur; aut si intentio introducendi errorem Theologicè substantialiter mutet formam. Wölcker de Sacram. in Gen. a. 13. §. 17. ut si quis baptizaret: *in nomine Patris majoris, Esly minoris, vel Spiritus sancti*

*sancti à solo Patre procedentis*; quæ forma tamen valida esset, si error tantùm foret speculativus, hoc est, si baptizans sic quidem crederet, & sic verba pronuntiaret; vellet tamen per eam id solùm significare, quod voluit Christus, vel quod vult Ecclesia. Ratio est: quia hic error, & consequenter additamenta habent se per accidens. Ità idem ibidem.

4. Si materia, & forma sibi non debitè coëxistant, coëxistentiâ singulis Sacramentis proportionatâ, *physicè* nimirum in Sacramento *Baptismi*, & confectione *Eucharistia*. Itèm in Sacramento *Ordinis*, *Confirmationis*, & *Extreme Unctionis*. (Quæ sententia probabilior est, & tutior) *moraliter* in Sacramento *Penitentia*, & *Matrimonij*.

102 Q. 4. Quando illicitè administratur Sacramentum? R. 1. Administrari illicitè, si aliquid desit ad valorem. 2. Administratur illicitè, si minister conficiens Sacramentum non sit in statu gratiæ, excepto necessitatis casu, quo temporis brevitatis non patitur, ut contritio eliciatur; quia Sacramenta sanctè sunt tractanda: si verò non conficit, sed ministrat *Eucharistiam*, peccat probabiliter, juxta Suar. Valent. Coninck. Bonacinam &c. apud La Croix lib. 6. p. 1. n. 94. licèt oppositam probabiliorē censeat Lug. Vasq. Bernal, &c. apud eundem ibidem. Ratio illius est: quia tunc Minister non agit in persona Christi; nec immediatè cooperatur DEO in causanda gratia. Non peccat tamen toties,

quo

quot sunt personæ, quibus administratur actu continuo, quod aliqui docent. Assistens matrimonio in statu peccati mortalis graviter non peccat. 3. Si non adhibeat præter illa, quæ ad substantiam requiruntur, ea, quæ sunt ad decorem, seu ex natura rei, seu ex præcepto Ecclesiæ, omittendo videlicet ritus, & ceremonias præscriptas sine necessitate. Ratio est; quia si decorem debitum negligit, Sacramenta indignè tractat; si verò negligit præscripta, contrahit præcepto. Quantum verò in his peccetur, ex materiæ substratæ *magiudine*, vel *parvitate*, uti & ex *dictamine* dijudicari debet. Ità torrens Authorum.

Q. 5. *An licitè administret Sacramentum sequendo opinionem probabilem, tutiore relicta?*

R. negativè, si probabilitas hæc sit de valore Sacramenti. Constat ex 1. propositione ex 65. ab Innoc. 11. damnata: *non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem, de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex. &c.* Ratio est: quia hæc faciens exponit Sacramentum periculo frustrationis. Quamvis autem propositio hæc loquatur de solo conferente; extendit tamen se etiam ad sumentem, quando valor etiam ab ipso dependet. Ratio est eadem. Excipe, nisi adsit necessitas, vel moralis certitudo in rationabili causa, qualis esset magna utilitas proximi, aut nimia molestia ministri, si teneretur semper exquirere tutiorem. Porro mo-

R. P. *Hernig Man.*

E

ralis

ralis certitudo est tunc, quando vix adest apparentia veri de opposito. Excipe præterea, si adveniat practica certitudo, qualis advenit, si Ecclesia suppleat, vel dispenset in aliquo ad valorem requisito, quod contingit maximè in materia Sacramenti *Pœnitentia*, & *Matrimonij*. Sic si habeatur cum titulo putativo, & communi errore probabilis opinio pro jurisdictione, vel absentia impedimenti, communissima sententia est, quòd tunc suppleat, vel dispenset Ecclesia, dummodo opinio probabilis sit revera probabilis, nec praxis secundùm illam sit contra stylum Curia Romanæ, nec quæstio sit purè facti, sed juris. Ratio est: quia aliàs administratio foret obnoxia nimijs scrupulis. Carden. super hac prop. & Kugler in Compend.

- 104 Q. 6. *An Sacramenta sive publicè, sive occultè, licitè administrantur publico peccatori, cujus videlicet crimen notorium est vel jure, vel factò, vel famâ?* R. negativè. Ità D. Th. 3. p. q. 80. a. 6. & Scholastici passim. Intellige: nisi priùs peccator publicus occultè petens Sacramentum, saltem occultam egerit pœnitentiam. Ratio est 1. Quia lex naturæ dicitur, ut, qui ex officio dispensator est bonorum Domini, de ijs non dispenset, nisi fideliter. 2. Quia ad hoc obligat virtus religionis postulans caveri irreverentiam, quam suscipiens infert auctori Sacramentorum, & Sacramento. 3. Quia lex charitatis etiam prohibet cooperationem ad peccatum proximi, suntque

hæ obligationes in materia gravi. An autem licitè administraretur v. g. Wratislaviæ, si crimen sit notorium v. g. Lignicij, probabilis est in utramque partem sententia. Probabilior tamen est negatvia. Ratio: quia ad hominis talis famam servandam non est obligatio Wratislaviæ, cum eam simpliciter amiserit.

Q. 7. *Quid ministro attendendum, nè in hoc delinquat?* R. oportet ab illo debitam diligentiam, & præcautionem adhiberi, ut prudenter judicari possit suscipientem esse dignum; hæc diligentia tamen non respectu omnium Sacramentorum est æqualis, sed respectu unius requiritur major, respectu alterius minor, id quod ex communi prudentium iudicio est desumendum. Sic in Sacramento Pœnitentiæ exactior notitia requiritur de dispositione pœnitentis, in Matrimonio de impedimentis, in Baptismo adulti de fide, spe, & attritione. Escob. l. 8. n. 240. Averl. q. 64. l. 10. &c.

Q. 8. *An nulla circumstantia licitam faciat talem administrationem?* R. licitè administrari posse 1. tunc, cum prudenter præsumi potest peccatorem publicum emendatum esse, ad quam emendationem Nav. cum alijs præter confessionem requirunt aliquod tempus bonæ conversationis, quâ scandalum tollatur; quod verum videtur, si adhuc habeat proximam peccandi occasionem. Si hæc desit, sentit Escobar. l. 8. n. 354. cum alijs sufficere solam confessionem publicam, id est, spectantibus copiosis factam, præsertim si

ram copiosi sint; spectantes, quàm copiosi sunt ejus crimen perspectum habentes. Si occultè solùm petat, sufficit quoque occultè pœnitentiam egisse. Si sæpius pœnitens, sæpius relabatur, censet Bernal. d. 48. n. 40. debere expectari tempus, quo judicaretur satis probabile emendatum esse. Si verò dubium sit, an publicus peccator pœnitentiam egerit, negari debet Sacramentum; quia possidet certitudo de crimine. Si demum dubitetur de crimine, non est negandum; quia possidet bona fama. 2. Licet administratur in articulo mortis. Ratio est: quia quisque præsumitur se tunc debite velle disponere, & necessitas tollit scandalum, vel tollet illud minister publicando pœnitentiam occultam moribundi; quod fieri debere putat Tamb. de Comm. c. 6. n. 24. si ad ipsum publicè deferatur Eucharistia. 3. Si peccator publicus non volenti administrare minetur mortem, nisi administratio petatur in odium fidei, vel contemptum religionis.

107 Q. 9. *An peccatori occulto, publicè petenti, negandum sit Sacramentum?* R. negativè. Si per hoc notabiliter infamaretur. Ità statuit Conc. Carth. 7. & patet ex Christi exemplo, qui Judæ occulto peccatori Eucharistiam non negavit: monet nihilominus Eugenius Papa, ut habetur cap. si sacerdos de off. Jud. Ord. talem peccatorem privatim esse monendum, nè se ingerat. At dices 1. Ministrum magis debere consulere reverentia

Sacramenti,  
Christum no  
reverentia  
quam vo  
vit: nec tu  
rentia à minis  
tas, se redd  
flet tantum m  
rentiam, & m  
mi malum.  
leni occidere  
Sacramentum  
mo, se eam  
i magnum mi  
ni reddam; I  
re licet gla  
tatis est; qui  
lato futuri fa  
fuit si negetur  
culto id expect  
Q. 10. An  
te negandum  
nisi notitia  
Ratio est: qu  
fama, nec ac  
obligatio legi  
clariatis. Ita  
271. Sanch. L  
notitia de cri  
tatis sponforu  
v. & hæreticus  
hæcque gravi

Sacramenti, quàm famæ proximi. Sed *z.* Christum noluisse tali casu consuli potiùs reverentiæ Sacramenti, quàm famæ proximi; quam voluntatem suo exemplo comprobavit: nec tunc propriè committitur irreverentia à ministro; sed honoratur Sacramentum, nè reddatur odiosum: adeoque minister tantùm materialiter se habet ad irreverentiam, & materialiter coöperatur ad proximi malum. Dices 2. non licere Petro volenti occidere, reddere gladium; ergo nec Sacramentum ministrare mortaliter peccaturo. *z.* eam legem charitatis non urgere, si magnum mihi imminet incommodum, nisi reddam; Itèm tali incommodo presente, licitè gladium non reddi. Ratio disparitatis est: quia non reddendo gladium non lædo furiosi famam, nec causa sum scandali, sicut si negetur Sacramentum peccatori occulto id expetenti.

*Q. 10. An peccatori occulto petenti occultè negandum sit Sacramentum? z.* affirmativè: nisi notitia habeatur unicè ex Confessione. Ratio est: quia cùm per hoc nec lædatur ejus fama, nec adsit periculum scandali, urget obligatio legis materialis, religionis, & charitatis. Ità Herinx n. 59. Gob. tr. 5. n. 271. Sanch. Laym. Escob. &c. Debet autem notitia de crimine esse moraliter certa. Si unus sponzorum etiam publicè sit indignus, v. g. hæreticus publicus, videtur alterum, si absque gravi suo incommodo non possit

omittere contractum, vel procurare ipsi statum gratiæ, posselicitè contrahere cum illo, ipsique ministrare Sacramentum Matrimonij, si adsint conditiones requisitæ cum tali hæretico. Lugo D. 8. s. 14. Perez D. 36. s. 2. &c. Ratio est: quia quisq; habet jus, ut petat concurrente gravi causa hoc, quod alter potest sine peccato præstare, si velit. 2. Quia contrahentes tantùm indirectè conficiunt Sacramentum faciendo contractum de se non factum, qui cum existit, à Christo elevatur ad rationem Sacramenti.

## ARTICULUS III.

### *De suscipiente Sacramentum.*

- 109 **Q.** 1. *Quid ad valorem requiratur adultis ratione utentibus?* R. requiri 1. intentionem suscipiendi. Ità communis. Ratio: quia sicut adultus non justificatur sinè proprio consensu, sic nec per Sacramentum initiatur, & consecratur DEO sinè hoc consensu, si ejus capax sit. Quanquam autem actualis & virtualis optima sit, sufficit tamen etiam habitualis in Baptismo, Confirmatione, Evcharistia, Extrema Unctione, Pœnitentia. Pro quatuor postremis censet La Croix l. 6. p. 1. n. 169. 171. 172. quandoque, præsertim in senibus, vel ratione destitutis, sufficere etiam interpretativam; requirit tamen pro pœnitentia dolorem aliquo signo externo expressum. Rationem dat: quia Sa-
- cra-



cramentum Pœnitentiæ continet iudicium externum, quod Iudex inchoare non potest, nisi per aliquod signum à reo implore- tur, per quod simul internum dolorem red- dat sensibilem. Ratio est: quia cum tali in- tentione communiter iudicatur adultus in susceptionem dictorum Sacramentorum con- sentire. Ad Matrimonium tamen) idem est de Ordine) interpretativa non sufficit. Ra- tio est, quia cum per hæc fiat immutatio to- tius statûs, afferantque gravia suscipienti, ne- que sint Sacramenta necessaria ad salutem, non videtur præsumi, posse quòd ità velit suscipere, si sola adsit intentio interpretativa. Unde re- quiritur saltèm habitualis. Conditionata de futuro contingente etiam non sufficit, cum hæc suspendat si non valorem, saltèm effe- ctum Sacramentorum. 2. Ad validam susce- ptionem reliquorum Sacramentorum præter intentionem requiritur Baptismus. Ratio est: quia, ut definit Florent. in decreto Euge- nij, Baptismus est janua vitæ Spiritualis, per quam membra Christi, ac de corpore efficimur Ecclesiæ.

*Q. 2. Quid requiratur, ut licitè, & cum* 110  
*fructu gratiæ suscipiatur Baptismus, & Pœni-*  
*tentiæ, si adultus in statu peccati mortalis sit?*  
R. requiri 1. dolorè supernaturalè de peccatis, qui sit saltèm attritio. Sumitur ex Trid. Sess. 6. c. 6. & Sess. 14. c. 1. Ratio est voluntas in- stituentis Christi. 2. Requiritur Fides, & Spes, saltèm virtualis. Patet ex Apost. ad

Hebr. 11. v. 6. *accidentem ad DEUM oportet credere* &c. Charitas non requiritur; hæc enim duo sunt Sacramenta mortuorum.

- 111 Q. 3. *Quid requiratur ad Sacramenta Vi-  
vorum?* R. præter fidem, & spem saltè imp-  
licitam, & inclusam in voluntate ea susci-  
piendi, requiritur etiam status gratiæ, qui, si  
desit, causabunt hæc Sacramenta in igno-  
rante peccatum mortale sibi inesse, primam  
gratiam, in sciante verò nullam causabunt,  
sed insuper eum facient sacrilegij reum.  
2. Requiritur in suscipiente Eucharistiam je-  
junium naturale ob speciale præceptum,  
3. Requiritur carentia excommunicationis,  
& respectu primæ Tonsuræ, & Ordinum.  
carentia irregularitatis. Ità communis cum  
Valq. d. 136. c. 1. n. 3. Dicast. D. 3. n. 200.

- 112 Q. 4. *An etiam requiratur attentio?* R.  
cum Gobat tr. 1. de Sacram. in genere n. 257.  
licet ad valorem non requiratur, cum in nul-  
lo PP. decreto sit sancitum; voluntariè ta-  
men illam non omitti finè veniali. Ratio  
illius est; quia sancta sanctè sunt tractanda.

## ARTICULUS IV.

### *De reiteratione Sacramenti.*

- 113 Q. 1. *Quando reiterandum sit Sacramen-  
tum?* R. tunc reiterari non tantum posse,  
sed etiã debere, quando vel moraliter certum  
est, vel dubium prudens occurrit, annon in  
aliquo substantiali, & essentiali sit erratum;  
quia

quia tunc vel certum est esse, vel fieri potest, ut Sacramentum sit nullum. S. Th. p. 3. q. 66. a. 9. Moya. t. 1. q. 9. n. 16. Dicast. Si &c. verò dubium sit leve, aut si sit merus scrupulus, iterari non debet. Dicast. n. 174. unde non quidem mortaliter, venialiter tamen peccaret scrupulosus, qui ad scrupulum amovendum seu materiam, seu formam iteraret; mortaliter verò delinqueret, si ad amovendum scrupulum de suo Baptismo, Ordine, aut Confirmatione formam iterari faceret. Ratio est: quia valde imprudenter ageret pugnando contra certitudinem saltè moralem, quam habere potest, vel habet. Si probabile sit, aliquid requiri essenziale, licet oppositum sit probabilius, reiterari tamen etiam debet; quia etiam cum majore probabilitate potest stare nullitas Sacramenti. Quæ tamen intelligenda sunt, si Sacramentum possit compleri. La Croix l. 6. p. 1. n. 123. Ratio est; quia si Sacramentum possit compleri, nec compleatur, relinquitur in certo periculo nullitatis. Porro explicata necessitas Sacramentum iterandi eos solùm stringit, quibus incumbit conficere verum, ac perfectum Sacramentum.

*Q. 2. An semper, & qualis conditio iterationi apponenda? &c. si certum sit aliquid essenziale omissum, iteratio fieri debet absolute, & sine omni conditione; si verò dubium rationabile sit, addi debet conditio: si aliquid essenziale sit omissum.* Ratio prioris est: quia

frustrà, & irrationabiliter apponeretur conditio, si certum est, aliquid essenziale esse omissum. Ratio posterioris est: quia per hanc consulitur reverentiæ Sacramenti, & præcaveretur, nè si prius Sacramentum fuit validum, iteratum exponatur periculo nullitatis. Escob. lib. 8. n. 145. approbat cap. si nulla 113. de Consecrat. dist. 4.

- 115 Q. 3. Quando dubium prudens, & non leve, quando verò leve, & scrupulus censeatur debeat? R. dubium prudens colligendum esse ex ratione, vel rationibus ponderosis occurrentibus; ut si dubites, an infans barbaris ereptus sit baptizatus, dubij rationem habeas, quia nullus, nè unus quidem oculus, & fide dignus habetur testis. E contra leve dubium est colligendum ex rationum vanitate, aut defectu, quod evenit, si nescias, cur dubites? cur timeas? vel cur suspicetis? tale dubium communiter esse solet, quando dubitans hanc cogitationem solùm volvit, & revolvit: fortè malè formam pronuntiavi; possum malè pronuntiâsse &c. vel quia, cùm longius progressus est, non recordatur se v. g. formam debite protulisse; vel quia recordatur, se proferendo distractum fuisse. Unde tunc contemptis his incidentijs, continuò progrediendum. Gob. n. 378. Escob. l. 8. n. 143. Vasq. Sporer &c.

- 116 Q. 4. An si impius Parochus fateatur se aliquos baptizâsse invalidè, nec possit resciri quosnam, prudens dubium formetur de om-

*nibus ab eo baptizatis?* R. affirmativè. Quia ut pro uno, ità pro singulis nullum habetur fundamentum certum Baptismi adepti. Hinc omnes omnino rebaptizandi sunt sub conditione. Gob. n. 699. Lug. Dicast. &c.

CAPUT II.

De Baptismi Administratione.

ARTICULUS I.

*De Ministro.*

**Q.** 1. *Quis sit minister Baptismi sollemnis, seu talis, qui cum prescriptis ceremoniis peragitur?* R. Munus hoc primum convenire Episcopis respectu totius diœcesis; Parochis verò, & eorum Vicarijs, tametsi Diaconi forent, respectu suæ Parochiæ. Bonac. de Sacram. D. 2. q. 2. p. 2. n. 2. Laym. lib. 5. tr. 2. c. 7. n. 2. ubi infert, graviter peccare Parentes, si prolem suam Parocho alieno absque licentia proprij baptizandum offerant. Parochus etiã aliënus graviter peccat, non incurrendo tamen irregularitatem, si absque expressa, aut rationabiliter præsumpta licentia baptizet. Excipe casum necessitatis, si proprius Parochus absit, nec facilè haberi possit. Sà. v. *Baptismus*. Hanc licentiam etiã habere debent Religiosi, aut eam sibi ab Ordinario impetrare; Diaconus quoque licitè baptizat, habità à Parocho facultate. Ut verò

verò Parochus hanc det, causa requiritur, e. g. multitudo baptizandorum, Parochi infirmitas, excommunicatio &c. ob quam nec per se, nec per substitutum sacerdotem satisfacere possit. Barb. de officio Parochi, c. 18.

- 118 Q. 2. *Quam pœnam incurrat solenniter baptizans, si non sit sacerdos?* R. si Clericus sit, incurrit irregularitatem. Nav. in Man. c. 22. n. 7. Sayr. de Cens. l. 7. c. 10. n. 4. Bonac. de censur. D. 7. q. 3. puncto 6. n. 5. Ugol. de officio Episc. c. 15. §. 6. n. 6. ubi tamen excipit Diaconum solenniter baptizantem sinè facultate Parochi, si id faciat non ut sacerdos, sed ut bona fide credens se id posse (quod idem dicendum videtur de aliis Clericis) ita ut saltèm in conscientia ab irregularitate excusetur, si bona fide existimet licitum sibi esse solenniter baptizare.

- 119 Q. 3. *An eandem irregularitatem incurrat cum peccato mortali Parochus excommunicatus, si etiam in necessitate extrema solenniter baptizet?* R. affirmativè. Ità D. Th. in 4. D. 5. q. 2. a. 2. Scotus in 4. D. 1. q. 5. art. 6. Unde in necessitate Parochus talis debet absque solennitate baptizare. Imò si Laicus adsit, qui baptizare posset, Laico cedere debet; cùm tali casu ab futura sit necessitas. Idem applicat Suarez t. 5. D. 33. f. 1. n. 5. illi, qui subjacet interdicto.

Q. 4. *An liceat sacerdoti Parocho sinè omnibus solennitatibus baptizare?* R. id non licere, nisi in casu necessitatis, sub peccato mortali,

cell, quod in  
fionis cantu  
quia amb  
clesia,  
bonor in R  
necessitas o  
lo, debent  
lus docet pra  
& forma or  
repla conste  
Q. 5. A  
alteram sol  
scriptam or  
ceptum,  
delinqueret  
dub, q. cu  
docet mortu  
baptizare in E  
Regum, vel  
Quantanad.  
Hispanie,  
in hoc arte  
Q. 6. A  
baptizat La  
chus adit,  
nec Clericus  
inductio Ch  
tholica; con  
ma necessitat  
quod si vir  
baptizandi,  
catholica & b

tali, quod incurrit etiam adultus, qui omisionis causam voluntariè præbet. Ratio est: quia ambo isti graviter repugnant praxi Ecclesiæ. Solennitates verò adhibendæ habentur in Rituali. Quod si autem in casu necessitatis omissæ fuissent, sublato periculo, debent postmodum adhiberi. Ità rursus docet praxis Ecclesiæ, Ablutio famen, & forma omittenda sunt, si Sacramentum reipsa constet jam esse perfectum.

Q. 5. *An graviter peccet, qui unam, vel alteram solennitatem, seu ceremoniam præscriptam omitteret?* R. si id fieret citra contemptum, & scandalum, venialiter tantùm delinqueret. Ita Busenbaum tr. de bapt. dub. 5. cum communi. Probabilior tamen docet mortale esse, omittere Patrinum, vel non baptizare in Ecclesia, nisi baptizandi sint liberi Regum, vel Principum, quo nomine juxta Quintanad. etiam excipi censentur Grandes Hispaniæ, Comites, Barones, Legati. Sed in hoc attendendus est mos Diæcesium.

Q. 6. *An in necessitate validè, & licitè baptizet Laicus?* R. affirmativè: si nec Parochus adsit, nec Diaconus, nec Subdiaconus, nec Clericus alius. Ita communis. Ratio est institutio Christi, quam testatur Ecclesia Catholica; congruentia verò desumitur ex summa necessitate. Observandum tamen est: quòd si vir adsit catholicus æquè gnarus baptizandi, baptizare debeat præ fœmina catholica? hæc verò præ viro hæretico, hæ-

reticus præ infideli. Ità Laym. l. 5. tr. 2. c. 7. cum communi. Cœterùm si præfente sacerdote, cui ex vi Ordinis munus baptizandi competit, alius baptizet, mortaliter peccat; venialiter autem peccat, si alius dignior præfens sit, & minùs dignus, suppositâ utrobique æquali baptizandi peritiâ, baptizet. Nec obstat, quòd sacerdos præfens sit contentus; cùm is talem licentiam sinè injuria Ordinis, ac Sacramenti concedere non possit. Et hinc colligitur, etiam in necessitate unum non posse licitè prævenire alterum in conferendo baptismo. Gob. tr. 2. n. 142.

122 Q. 7. *An Laicus teneatur infantem non baptizatum, sive Parentum sit Christianorum, sive Judæorum, sive Turcarum, &c. in periculo mortis constitutum, etiam cum vitæ propria periculo, baptizare?* R. affirmativè. Navarr. in man. c. 24. n. 9. Bon. de leg. D. 3. q. 4. p. 4. Palaus. Coninck &c Quia quisque tenetur vitam propriam prodigere pro salute proximi in extrema necessitate constituti, si certus sit auxilium suum profuturum, qualiter hîc certus esse potest. Si verò dubitet de auxilio profuturo, vel solum probabiliter profuturum censeret, non obligaretur certo vitæ periculo se exponere. Idem applica adulto in vitæ periculo constituto, si nondum baptizatus baptismum expetit, vel expetere animadvertens sit. Ob summam itaque Baptismi necessitatem, & tantam Laicorum etiam obligationem, sollicitè curare debet Parochus,



ut sui baptismum ritè conferre discant ; quomodo videlicet intentione debita materiam requisitam adhibere, & formam præscriptam debità pronuntiare oporteat. Salubriter quoque fecerit Parochus, si identidem per annum detonuerit contra procurationem abortus, sive id fiat per incuriam, sive malitiam ex proposito, ob oculos ponendo horrendam flagitij immanitatem, ob ruinam animæ innocuæ vindictam à DEO iudice severam postulantis, *factus est malo dignus aeterno, qui in se peremit bonum, quod possit esse aeternum*, ait Aug. de civitate DEI l. 21. c. 9. Præterea juverit explicare effectum hujus Sacramenti, & rituum significationem, uti etiam, quàm magnum beneficium baptizatus quilibet in baptismo sit adeptus ; his enim cogitis populus, & baptismum pro merito æstimabit, & gratias DEO reddet frequentiores pariter, & ardentiores.

**Q. 8.** *An graviter delinquant Parentes* <sup>125</sup> *catholici, si proles suas deferant ab hereticis predicantibus baptizandas ?* R. affirmative: si facile possint ad catholicum sacerdotem deferre. Si verò id fieri non posset citra magnam difficultatem, non peccant ab heretico baptismum expetendo. Rationem assignat La Croix l. 6. p. 1. dub. 3. art. 1. quis petere baptismationem in tali circumstantia est tantum profiteri, quòd prædicans sit validus minister, qui nunc requiritur ; ceremoniæ verò ad valorem Baptismi non requiruntur.

**Q. 9.**

*Q. 9. An si peregrina, aut viatrix pariat in alia Parochia, infantem debeat curare deferri ad proprium, ibi baptizandum? R. cum Gob. tr. 2. n. 133. meliùs per se loquendo a. Curam, si id fecerit. Cæterum obligationem hoc faciendi nequaquam incumbere. Hinc Barb. de officio Parochi p. 2. c. 18. n. 7. ait peregrinam sibi posse eligere locum baptismi, ubi vult; nec tamen Parochus proprius casu in partûs locus delatus licitè baptizaret, ut notat cit. Gobat.*

125 *Q. 10. An unus minister plures, & an plures unum validè, & licitè baptizent? R. 1. Unum plures validè, & in necessitatis casu licitè baptizare. Ratio prioris est: quia tum materia, tum forma, plures (ut debet) baptizandos significans, debitè pluribus ab uno applicari potest. Ratio posterioris est, quia necessitati non obstat praxis Ecclesiæ, quæ unus ab uno baptizari suevit; imò si dicta necessitas adsit, praxis multorum sanctorum id ipsum comprobat. R. 2. Si plures materiam, & formam super uno baptizando absoluta intentione simul absolvant, utrumque validè baptizare; quia omnes supponuntur omnia requisita adhibere: licitè autem baptizant, si hoc ex perplexitate, v. g. in casu necessitatis subitaneæ faciant. Nec de valore talis baptismi in nostris partibus collati dubitatur. Unde fit, ut sic baptizari nequaquam rebaptizentur. Si verò unus formam ante alterum finiat, is unus validè bapti-*

baptizat, reliqui invalidè, uti etiam, si singuli partialiter baptizare vellent, aut unus formam pronuntiaret, reliqui materiam applicarent. Laym l. 5. tr. 2. c. 7. n. 5. 6. 7. Fill. n. 72. Bon. &c.

**Aphorismi, ac Doctrinæ practice observandæ Ministro Ordinario, seu Parocho, desumptæ ex Gobat. tr. 2, casu 8.**

**A**phorismus 1. Meminerit Parochus sententiam depositionis ferri in can. *quicumque* dist. 1. de consecr. in Sacerdotem, cujus cunctatione factum, ut quis absque Baptismo mortuus sit. Ex quo sequitur, Parochos ad baptizandum infantem vocatos sine mora in Ecclesia comparere debere, & officio fungi.

**Aphorismus 2.** Si in pago sit unicus Sacerdos, qui tempore sacrificij moneatur aliquam prolem recens effusam è visceribus maternis agere animam, nec esse, qui sciatur nôsse modum baptizandi, depositâ casulâ, & servatis reliquis vestibus, si locus sit vicinus, si remotus, exutis etiam reliquis vestibus, accurrat, etsi jam fortè consecraverit, peractoque illo tam urgente negotio, redeat ad conficiendum Sacrificium.

**Aphorismus 3.** Si existens in statu peccati mortalis vocetur ad periclitantem vitâ, excitet in via actum contritionis.

229 *Aphorismus 4.* Generatim habeat Parochus in memoria probabiles sententias, quas de valore baptismi materiæ, intentionis, atque ministri retuli, ut ijs sine anxietate utatur tunc, quando non suppetit modus aptior, adeoque deficiente aqua naturali, & sincera, seu non mixta alijs rebus, adhibeat distillatam è rosis, herbis, fluentem ex arboribus, resolutam ex sale, lixivium, jusculum, cerevisiam &c. Item accitus ad parturientem, de qua dubitatur, an sit editura prolem vivam, dicat obstetrici: si qua parte potes attingere foetum, *insperge* aquam in uterum, pronuntiando verba formulæ; vel ut primum prodierit seu pes, seu manus, *asperge*; nec enim absurdum est eundem infantem bis, terte intra breviculum tempus mutatis circumstantiis, quæ valorem concernunt, baptizare sub conditione. Ac proinde si bis ita baptizatus ab obstetrice demum præter spem prodeat totus vivus, at summè debilis, Parochus ipse repetat baptismum conditionatum.

230 *Aphorismus 5.* Quando periculum est, nè ipse Parochus baptizando promoveat mortem debilissimæ creaturæ, utatur solâ asperzione, etsi in ejus Diœcesi præscribatur immersio; vel utatur placida immisione modicæ aquæ, & quidem te factæ, si non sit periculum in mora; vel digito intincto in aquam, aut spongiâ madefaciat frontem, qua ratione non accelerabitur mors. Quod

si tamen adverteret, se mortem tali casu accelerasse, non erit tamen juxta Gobat irregularis.

*Aphorismus 6.* Licet prohibitum sit aperire ventrem Matris, ut infans exemptus possit baptizari, licitum tamen est, ac consuetum, dum Mater parturiens agit animam aliquid illius ori imponere; nè videlicet infanti obturetur via respirationis, & mox, ut mortua est Mater, eam secare, sobolémque eximere. Cæterum non improbabat Parochus, si observet Matrem sumere pharmacum ad vitam suam conservandam, illaturum tamen mortem proli in utero, si quidem morbus sit talis, ut, nisi sumatur medicina, tam mater, quam proles extinguenda sit ante partum. Ità cum Gobat, Lessius, & Conink. Secus, si neglecto pharmaco speraretur fœtum perventurum ad Baptismum. Sicut licitum quidem est fugere ad evitandam iniquam mortem, licet fugiendo prostriturus sis infantem baptizatum; non tamen, si infans baptizatus non est, quem fugâ proterendum vides.

*Aphorismus 7.* Licet aliqui rituales libri velint, ut aqua ter baptizando affundatur; si tamen minimum sit periculum, nè ante pronuntiatam formulam extinguatur infans, sufficet unica, eaque modica affusio.

*Aphorismus 8.* Si Parochus prævideat infanti mortem imminere, si deferatur ad templum; non imminere, si baptizetur do-

mi, caveat, nè curet deferri ad templum, alioquin incurret irregularitatem, si illa delatio causaverit mortem. Unde domi referat illum in Classem fidelium; in observandis verò, aut omittendis cæremonijs à more suæ Ecclesiæ tali casu non discedat.

134 *Aphorismus 9.* Si quis adultum hominem, Hebræum, Turcam, &c. ac sensibus captum reperiat, sique vel unicus, vel unica testetur illum, cum esset sensibus integris, petijisse Baptismum, impertiatur illum ipsi. Impertiatur etiam filio Judæi constituto in extremis, licèt reluctetur Pater, vel Mater.

135 *Aphorismus 10.* Sacerdos videns Turcam, vel Tartarum, vel Judæum &c. ad suspendium duci, videat, ut penetret, si potest, ad eundem, & conetur ei fidem persuadere Christianam, quâ persuasâ eum baptizet, seu dissimulanter, seu apertè, prout circumstantiæ requisiverint. Si talis in carcere converti possit, convenientius est eum baptizari in carcere, quàm ad patibulum. Si tamen se primùm in in supplicii loco ad fidem amplectendam resolveret, baptizandus est ibi, omnésque cæremoniæ adhibendæ; imò si possit bihoriò ( Gobat vult etiam unâ horâ ) supplicium differri, detur eidem etiam viaticum.

136 *Aphorismus 11.* Cùm baptizandus est in periculo mortis, non sollicitetur Parochus de Patrini: quia hi tali casu non sunt necessarii. Demum caveat, nè in adhibendis

sub-

substantialibus sit lentior, eò quòd sciat probabilem esse sententiam ( *cui tamen sententia non subscribendum videtur* ) aliquorum gravium Authorum, etiam S. Th. valere Baptismum, & conferre gratiam, dummodo ablutio, & forma cœperit, licet baptizandus citius moriatur, quàm utraque finiatur; non enim est ratio dicendi, quod DEUS tunc suppleat defectum.

## A R T I C U L U S II.

### *De Obstetricibus.*

**Q. 1.** *An obstetrix sub mortali teneatur discere formulam, & modum baptizandi?* R. affirmativè, si ex officio obstetricetur. Nav. in manual. c. 22. n. 6. Henriq. l. 2. c. 29. n. ult. Ratio est, quia ad hoc ex pacto obligatur, cùm ad munus obstetricandi non admittatur, nisi tacitè se obliget ad baptismum administrandum in frequentibus valde casibus; eam verò, quæ non ex officio obstetricatur, censet Gobat tr. 2. de bapt. n. 168. tam rigidæ obligationi non subjacere. Rationem dat: quia neque justitia, neque charitas imperat, ut prospiciatur de nedijs alicui opus habituro fortasse post sex, aut decem annos.

**Q. 2.** *An Parochus sub mortali examinare teneatur obstetrices? utrùm noverint necessaria ad baptismum conferendū, & eadem abhibuerint tunc, quando aliquæ fortè baptizârunt.* R. Cū

Laym. l. 2. tr. 2. n. 13. Gob. tr. 2. n. 169.  
ac alios affirmativè. Intellige si nesciat esse  
jam examinatas, probatasque ab aliquo be-  
ne perito. Ratio est: quia obstetrices tali  
casu sunt quodammodo Vicariæ Parochi;  
quisque autem obligatur scire, an suas vices  
gerens officii sui sit peritus, necne. Segneri  
de offic. Parochi c. 19. censet examen earum  
quot annis repeti oportere.

Q 3. *An omnes infantes ab obstetricibus*  
139 *baptizati sint rebaptizandi sub conditione?* 2.  
hïc spectandam esse Diæceleos consuetudinem.  
Non pauca tamen Diæceses sunt, quæ sic  
baptizatos passim rebaptizant, quam consue-  
tudinem Laym. cit. reprehendere non au-  
det, imò approbatam ait in Rit. Rom. edito  
Antuerpiæ 1607. Ratio est: quia de pleris-  
que ab obstetricibus baptizatis prudenter  
dubitari potest (idem applica Laicis) an iis  
qualitatibus sint præditæ, quæ requiruntur?  
an gnatae sint necessariorum ad essentiam  
baptismi. Deinde an verè cautæ sint, &  
circumspectæ, sibiq; præsentis in suis omni-  
bus actionibus gravioris momenti. 3. An  
tam memores suorum dictorum, & facto-  
rum; denique tam perspectæ fidei, & probi-  
tatis, ut, qui illas novit, non possit sinè te-  
meritate dubitare, iis esse credendum, dum  
asserunt se ritè baptizâsse. Accedit, quòd  
experientia doceat, non paucas obstetrices  
fuisse veneficas, aut essentialium imperitas.  
Præterquàm, quod fœminæ facilè terreatur,



tur, & trepident in casibus repentinis. Itē, quòd pronissimum sit eas errare circa coëxistentiam, & similitatem materiæ, & formæ. Nec obstat, quòd interrogatæ à Parocho dicant se hunc, vel illam modum tenuisse, in quo non apparet defectus: nam & tunc Parochus non semper erit tutus; quia fieri potest, ut ipsæ putent se tenuisse modum, quem non tenuerunt; aut id ipsum dicant vel ex verecundia, vel superbia, quibus vitiis præsertim fœminæ sint obnoxia. Si tamen obstetrix sic jam esse probata, ut de bono baptismo ab ab ea collato moralis certitudo haberi posset, non foret baptismus omnino reiterandus, tamen si Parentes instarent. Excipe, nisi mos in Diœcesi esset omnes ab obstetricibus baptizatos sinè discrimine rebaptizandi, qui mos, ut ait Laym. in aliquas Diœceses inductus est, in quibus experientiâ constat, obstetrices aliquas à diabolo seductas in ipsius nomine baptizasse.

*Q. 4. An si obstetrix malè baptizavit, etiam cum periculo vitæ suæ errorem aperire teneatur? & affirmativè.* Si aperiendo certa sit conferendum baptismum validum iis, quos malè baptizavit. Unde si profuturum videat, censet Gob. cit. eam teneri se dijudicandam judici sistere. Ratio est: quia vitæ corporalis postponenda est vitæ æternæ eorum, qui malè baptizati sent, & periclitantur.

## ARTICULUS III.

## De subjecto Baptismi.

141 Q. 1. Quosnam Parochus validè baptizare possit, & licitè? R. 1. Omnem & solum hominem viatorem, sicut homo quilibet, sic & Parochus baptizare potest validè. Est de fide, sumiturque veritas ex Matth. ult. v. 19. *euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c.* Ratio est: quia omnis, & solus homo viator est capax æternæ salutis adipiscendæ, quæ nunc per baptismum ordinariè contingit. R. 2. extra necessitatem licitè baptizat solos curæ suæ commissos, peregrinos, & transeuntes; in casu necessitatis verò etiam alios, ut patet ex dictis.

142 Q. 2. Quid requiratur in adulto, ut validè baptizetur? R. 1. Requiritur, ut adultus suscipiens præstet consensum, quo faciat, ut baptismus ei sit voluntarius, sive jam consensus iste præsens sit, & actualis, sive præteritus, & non retractatus, id est, virtualis, aut habitualis. Ità Inn. 3. in cap. *maiores* §. *Item queritur. de baptismo.* Unde invalidus est baptismus invito collatus: item fictè susceptus; metus tamen etiam injustè extortus non obest valori. Ità Gob. tr. 2. n. 288. & 289. Ratio est: quia baptismus vel invitè, vel fictè susceptus non est voluntarius; metu autem susceptus voluntarius est, licèt involuntario mistus. Si dubitetur, an invitus sit rationis compos, censet Laym. l. 1. tr. 1.

. §. n. 41. conferendum esse sub conditione, si periculum sit in mora ; si verò periculum non adfit, expectandum , donec manufescat ; similiter baptizandum censeat Sanchez in Select. Disp. D. 40. si dubitetur, an baptizandus consenserit liberè. Ac idèd, si quis cum tali consensu baptizatus fuisset , foret sub conditione rebaptizandus.

Q 3. Quid requiratur in adulto , ut licite, & cum fructu baptizetur ? 147  
 Requiri fidem, spem, & dolorem de peccato commisso, positò, quòd suscipiens actuale peccatum commiserit. Colligitur ex c. ult. Marci, qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. itèd Act. 2. Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Item ex Ps. 26. salvabit eos ; quia speraverunt in eo. Item ex ep. ad Heb. c. 11. v. 6. accedentem ad DEUM oportet credere, quia est, & quia inquirentibus se remunerator sit. Non est tamen opus, ut dolor sit contritio perfecta ; sed sufficit pura attritio, seu qualiscunque dolor animi de peccato, ex supernaturali motivo conceptus. Ità S. Th. q. 68. art. 4. & q. 80. art. 4. ad 2. cum communi. Ratio est ; quia baptismus, sicut pœnitentia, utpote Sacramentum mortuorum, non requirit, ut suscipiens ante susceptionem sit à peccatis liberatus. Cæterùm deficiente hac dispositione, baptismus validus est, neque reiterari debet etiam sub conditione ; effectus tamen baptismi tunc primùm conferatur, cùm dispositio ista post Baptismum ponitur.

tur. Laym. l. 5. c. 6. n. 5. Curandum itaque Parocho est, ut, dum adultus ab baptismum disponitur, singulariter ad dictos actus unà disponatur.

¶ 44 Q. 4. *An etiam in amente præter consensum voluntarium requiratur dicta dispositio?* R. si perpetuò amens fuit, sicut in infantibus, nec intentio propria, ne dicta dispositio requiritur. Requiritur autem, si quandoque habuit lucida intervalla. Escobar. Theol. mor. tr. 7. exam. 2. c. 4. Dum itaque talis baptizandus est, diligenter Parocho in statum illius est investigandum. Præterea sufficit in tali, si in fide tenuissimè sit instructus, & fortè, si explicitè non credat in SS. Trinitatem, suppositò, quòd lucidum intervallum non speretur rediturum. Idem censet Sanch. Disp. Select. 40. n. 41. de de constituto in articulo mortis apud Gob. tr. 2. n. 308.

¶ 45 Q. 5. *An fœtus licèt imperfectè figurati, si aliquod signum vitæ per motum præbeant, baptizari possint?* R. affirmative. Ratio est: quia cum juxta medicorum quorundam sententiã fœtus humani post paucos dies à conceptione animetur animã rationali, nec esse est, ut animæ rationali tali baptismo succurratur, quanquam, si certitudo plena non sit animæ præsentis, potiùs conferend⁹ sit conditionaliter, quàm absolute.

¶ 46 Q. 6. *An etiã monstris baptismus conferendus sit?* R. si monstrum sit procreatum ex homine masculino, & bruto fœmella, baptizari debere sub conditione. Ratio est: quia probabiliter est homo; dubium enim est,

est, an semen sceminae concurrat ad foetum activè. Ità Posssev. de officio Parochi, p. 2. c. 18. aliique communiter contra Henriquez. Si autem monstrum sit procreatum ex muliere, & bruto masculino, baptizari non debet; quia certum videtur, quòd non sit homo, cum ad generationem omnes requirant semen viri. In dubio autem, an sit ex bruto masculino, baptizari debet sub conditione. Cæterùm benè observanda monstri constitutio, ut dignoscatur, an homo sit? an brutum? Signa pro hoc dabunt membra principalia, caput nimirum, & pectus, quippe sub quo cor est reconditum; si enim ista formam humanam habeant, signum est monstrum esse humanum, animam humanam præditum. Si verò solum caput bestiam referat, reliqua tota constitutio hominem, dubiam erit, nisi ex aliis signis veritas dignoscatur; licet enim quidam velint cor esse membrum hominis primum, multi tamen sunt, qui capiti primatum attribuunt, cum præcipuè operationes sensitivæ in capite, sive cerebro resideant. Si monstrum geminata membra referat, dubiteturque: an duplex, an unus baptismus sit conferendus? observanda operationum diversitas; si enim unum v. g. caput dormiat, alterum vigilet; unum ploret, alterum rideat; signum erit duorum hominum; uti etiam, si membra principalia caput, pectus, &c. diversa habeant; ex pluribus tamen manibus, vel pedibus certitudo vix colligetur, nisi alia sig-

gna adsint; Si periculum sit in mora, nec signa habeantur sufficientia, conferatur baptismus conditionatè ei, de quo dubitatur; si verò non sit periculum in mora, expectetur, dum signa habeantur, & si hæc habeantur, conferatur Baptismus absolutè. Gob. in Exper. tr. 2. n. 278. Laym. Dicast. &c.

## A R T I C U L U S IV.

### De consensu Parentum.

147 **Q.** *An ad infantium baptismum nequiratur consensus Parentum?* R. 1. Certum esse omnes infantes validè baptizari etiam sinè consensu Parentum. Ità comm. Ratio est: quia Concilia, præsertim Trid. Sess. 5. decret. de Origin. definiuit semper esse validè baptizatum infantem; neque ulla vel auctoritas, vel ratio evincit, ad valorem requiri consensum Parentum. R. 2. Si infans ad usum rationis pervenit, etiam licitè baptizatur, si baptismum petat, etiamsi parentes refragentur. Ratio est: quia in ijs, quæ salutem concernunt, est quisque sui juris: nisi ità peteretur, ut baptizatus post baptismum velit manere infidelis; talis enim careret dispositione, fide nimirum, & attritione, fieretque per hoc gravis injuria Sacramento. Excipit Gobat n. 325. nisi parens esset mortem illaturus nolenti baptizare. Vide dicta de ministracione Sacramenti indigno. R. 3. Infantes ex parentibus baptizatis

zatis nati licitè baptizantur, etiam parentibus positivè invitis. Ratio est: quia Ecclesia habet jus altum in infantes baptizatorum æquè, ac in Parentes, & si periculum perversionis à talibus Parentibus immineat, potest filios ab illis separare; quod intelligendum est universaliter, adeoque etiam de infantibus Hæreticorum, Schismaticorum, apostatarum. Idem est, si unus tantum parentum sit baptizatus. Ratio est: quia proles in hoc passu sequitur conditionem parentis Christiani: cum hic salutem ipsius faveat. *¶*

4. Infantibus non baptizatis despoticè subjectis Domino Christiano, accedente sola Domini autoritate, licitè baptizantur. Contrarium est, si parentes sint tantum politicè, & civiliter subjecti, ut solent esse Judæi. Ratio est: quia priores unà cum Parentibus sunt in potestate Domini, non posteriores; consequenter eorum Parentibus non fit injuria, sicut fieret parentibus posterioribus; præsertim, si ijs proles abriperentur; si verò non abripiantur, exponuntur manifesto periculo negandi fidem in baptismo susceptam. Excipe: nisi filij talium parentum perperuò essent amentes, nec spes affulgeat eos ad usum rationis perventuros. Ratio est: quia aliàs omni Spirituali remedio privarentur, ac ideo tali casu violentia Parentibus illata ab injuria excusatur, propter extremam necessitatem Baptismi,

## ARTICULUS V.

## De Cognatione Spirituali.

148 Q. Inter quas personas oriatur impedimentum cognationis Spirituales ratione susceptionis ex sacro fonte? R. eas exprimi sequentibus duobus versibus:

*Baptizans, baptizatus, baptizatique  
Parentes, Levans, Levatus, Levatique  
Parentes.*

Ex quibus liquet baptizantem contrahere cognationem cum baptizato, & Parentibus baptizati, baptizatum contrahere cum baptizante, & Parrinis; Parrinos cum baptizato, & Parentibus baptizati. Quod tamen intelligendum non est de baptismo privato, etsi quis ex proposito munus Parrini obeat, Sanch. l. 7. D. 62. n. 14. Less. de Matr. n. 173. Kugler q. 54. 1947. &c. Ratio est: quia Parrini juxta eosdem Authores tantum adhibentur propter majorem solennitatem baptismi. Baptizans non contrahit cognationem cum Parrinis, neque Parrini inter se, neque à viro contracta transfunditur in uxorem, & è contra. Ità Barb. de off. Par. §. 18. n. 34.

## ARTICULUS VI.

## De Nomine imponendo.

149 Q. Quid Parocho curandum circa nominis impositionem? R. curare illud oportet



ut, sicut Christiani à Christo dicuntur, ita baptizandus è Christi militibus, qui Sancti fuerunt, nomen suum ducat; non autem ab infidelibus, & Gentilibus, qui Christum non cognoverunt; nec ab alijs etiam denominentur, quæ cum Religione non sunt conjuncta, vel turpia significant: quia malum nomen habet sinistram suspicionem, & ex bono nomine oritur bona præsumptio. Ita Barb. c. 18. n. 18. Ideo juxta SS. Canonum, & Conc. præscriptum, Parochus, si nomen baptizandi non esse alicujus Sancti animadvertat, moneat placidè baptizandum deferentes, ut Sancti nomen ei imponant, cujus vitam pro viribus imitari conetur, & cujus intercessione in cælis apud DEUM uti possit.

## A R T I C U L U S VII.

### De fonte Baptismali.

**Q**. I. *Ex qua materia, & qualiter baptismalis fons sit fabricandus?* &c. hunc non debere esse ligneum, quia aqua imbibetur, neque aurichalcinum, nè arugine tegatur; sed ex lapide marmoreo, ubi faciliùs aqua conservatur. Fons hic constituendus est in loco Ecclesiæ commodo, & bene claudendus; nè homines aquam sumant ad superstitiones faciendas. Ita Barb. cit. n. 38. qui addit, & fontem, & duo vasa saltem ex stanno, in quorum altero Chrisma, in altero

altero oleum Catechumenorum contineatur, nitida, atque expurgata esse debere; Aquam autem Baptismalem singulis annis oportere renovari, benedictionibus solennibus adhibitis, nec non Oleo cum Chrismate mixtis. Modus, & tempus designantur in Missali Romano.

- 151 Q. 2. *Quid si aqua per decursum anni deficere observetur?* R. affundi debere aliquid de non benedicta. Quod idem intelligendum de oleo Catechumenorum, & infirmorum; cui oleum non benedictum, item de Chrismate, cui balsamum, & oleum non benedictum, admisceri potest.

## A R T I C U L U S VIII.

### De libro Baptismali.

- 152 Q. 1. *Quid Parosho observandum circa librum baptizatorum?* R. conformiter Trid. Sess. 24. de reform. Matr. c. 2. Omnia baptizandorum, eorundemque Parentum, ac Patrinatorum nomina, & cognomina cum annotatione anni, mensis, diei, ei inseri debere.

- 153 Q. 2. *Qualiter peccet Parochus, qui scienter, vel ex negligentia frequenter, seu plures baptizatos non inscribit?* R. cum Quin-  
tan. sing. tract. 2. sing. 2. Possiv. q. 44. Parochum tali casu graviter peccare. Pro ratione hujus sententiæ rigidæ sunt incommoda, & damna, quæ ex tali negligentia consequuntur,

tur, quando videlicet aliunde saepe sciri non potest atas pro Ordinibus, Professione, Matrimonio, Jejunii inchoatione necessaria. Item pro liberatione ex Tutela, Minorenitate &c, item cognatio spiritualis, uti & Parentes.

Q. 3. *Quid circa Patrinos inscribendos observandum?* R. quando se plures Patrini, quàm admittit Trid. Synod. loc. cit. offerunt, inscribenda sunt duntaxat nomina duorum selectorum à Parocho. Quodsi verò Parochus plures inscripsisse deprehenderetur, censet Gob. tr. 2. f. 2. n. 593. Judicem, cum de Matrimonio dirimendo agitur, posse prudenter præsumere illos duos, qui primo loco sunt scripti, fuisse solos admissos à Parocho ut veros Patrinos. Quando quis per Procuratorem levat aliquem de fonte, providè agit Parochus, si scribat nomina utriusque, addatque, quis mittens fuerit, quis Procurator. Similiter etiam explicandum est, si quis Patrinum agit in baptismo non solenni, vel conditionato; sunt enim non pauci probati Authores, inter quos Less. Coninck. Bon. apud Kugler p. 2. c. 4. f. 3. n. 1364. & Q. 54. n. 1947. dicentes, cognitionem contrahi.

## ARTICULUS IX.

### *De Patrinis.*

Q. 1. *Quis sit Patrinus?* R. cum Laym. 4. 155 f. 1. c. 9. n. 1. *Patrinus* dicitur quasi

*Spiritualis Pater, nutritivus, ac pedagognus baptizandi*, sive ille, qui spondet, se habiturum Paternam Spiritualem curam ejus, qui baptismum est recepturus, in instructione fidei. Unde obligatio Patrinoꝝ est in fide instruere eos, qui baptismum receperunt, sive id fiat per illos ipsos, sive per alios. Hoc autem intelligitur de casu, quo baptizati aliunde instructionis copiam non habent, sicut passim habent in terris nostris. Quæ ratio est, ut teste eodem Laym. Patrini, ubi baptizati inter fideles educantur, hac obligatione ferè liberentur. Porro sponsio pro hac obligatione tacitè fit, quando Patrinus baptizatum suscipit, etiamsi nihil respondeat. Susceptio autem fit vel baptizandum tenendo, vel eundem è manibus baptizantis suscipiendo. Proinde sola assistentia non sufficit, nec responsio ad catechismum, quem sacerdos recitat.

- 156 Q. 2. *Qua requirantur ad validè exercendum nomen Patrini, & cognationem contrahendam?* R. tria requiri. 1. Debet habere usum rationis; debet enim voluntariè velle facere id, quod instituit Ecclesia; ætas tamen certa non requiritur. Sanch. l. 7. disp. 61. nota. Nav. Henr. & alij passim. 2. Debet esse baptizatus; quia qui non est baptizatus, non subjacet Ecclesiæ, adeoque nec contrahit cognationem spiritualem. Sanch. cit. disp. cit. D. 60. Tolet. Sylv. &c. 3. Debet habere debitam intentionem; quia debet velle facere

cere id saltem implicite, quod fieri vult Ecclesia, adeoque baptizandum non realiter tantum tenere, sed formaliter gerere munus Patris spiritualis. Ita communis.

Q. 3. *Quæ ad licite exercendum Patrini munus requirantur?* R. requiri 1. ut sit tantum unus, vel una sive vir sive, scemina, vel summum unus, & una. Unus tantum promare baptizando; una tantum pro scemina baptizanda, requiritur à priscis Canonum statutis: Trid. verò admittit Sess. 24. de Refor. Matrim. c. 2. *unum, & unam, seu duos ad summum.* Hinc colligit Barb. cum alijs copiosis, quos citat de Officio Parochi parte 2. c. 18. n. 23. nec Episcopum dispensare posse, ut duo viri, vel duæ scemina simul suscipiant: cum super Conciliari Constitutione potestatem dispensandi non habeat. Minus itaque probandus est mos eorum locorum, ubi passim admittuntur tres patrini. 2. Ne sit hæreticus, vel hæretica; si tamen gravis causa, aut necessitas postulet, admitti potest, ut hæreticus ad suscipiendum infantem admittatur. Hæc proinde causa, & necessitas judicanda est Parocho, & hac non reperta, ut si facile catholicus Patrinus haberi, & parentes ad eum disponi possint; quod in plurimis locis Germaniæ facile contingit, omnino hæreticus admittendus non est: si verò causam talem, & necessitatem repererit, qualis adesse potest, & solet in locis purè hæreticis, potest hæreticus admitti, cui licet

non incumbat spondere, se baptizatum instructurum in fide; Laym. tamen teste l. 5. tr. 2. c. 9. 7. incumbet illi, ut spondeat, se Catholicam fidem in eo non impediturum. Porro, quod instructio in fide ab hæretico Patrino non exigatur, ratio est: quia temporibus his facile aliunde haberi potest. Si perversionis periculum opponatur, hoc admodum est remotum. ita cit. Laym. Hæreticam autem prolem ab hæretico ministro baptizatam, dummodo baptismus validè conferatur, licitè suscipit Catholicus ad id rogatus in nostra Germania; quia suscipiendo non communicat cum hæreticis in aliquo, quod veræ fidei opponitur; nec ullo modo concurrit, ut baptismus modo indebito administretur. Impedit insuper, nè hæreticus, alioquin adhibitus, spondeat se baptizatum in fide hæretica instructurum. Excipe, nisi eum in finem adhiberetur ab hæretico Catholicus, ut se ad hæresim inclinatum proficeatur, aut modum baptizandi hæreticum approbet. 3. Requiritur, nè Patrinus, vel Matrina, extra necessitatis Casum sit Pater, vel mater. Unde graviter peccant parentes, si citra necessitatem munus Patris obeant. Cognationem tamen probabiliter non contrahunt: quia hoc nullo jure legitur cautum, & quod fuit olim, videtur revocatum c. *si vir* de cognatione spirituali. Oppositam tamen communem censet Sanch. l. 9. D. 26. n. 6. 4. Nè Patrinus, vel

Ma.

**Matrina** sit Religiosus, vel Religiosa; quia illis etiam prohibetur *c. non licet*, de consecratione Dist. 4. & alibi; transgressio tamen veniale non excedit, ut docet Quintan. de Baptis. 5. Ut Patrinus sit designatus, quæ designatio pertinet 1. & per se ad Parentes, dein ad Parochum. Dum verò omittitur designatio, probabilius hodie post Trid. nemo contrahit cognationem. Ratio est: quia nemo est verè Patrinus: cùm tanquam de forma substantiali Trid. requirat ejusmodi designationem. Ità Tamb. L. 2. de bapt. c. 4. §. 2. Quòd si designarentur plures, quàm unus, & una, & Parochus illos admitteret (quod mortale foret ex sententia Leandri, veniale ex Sanchezii) probabile est neminem tum contrahere cognationem. Ità Suarez. de Sacram. ad q. 68. n. 8. Ratio est: quia Trid. voluit ad summum unum, & unam; adeoque si substantialis hæc conditio desit, probabiliter videtur, reliquos non esse veros Patrinos. Quòd si omnes tangant infimul, nemo ex illis contrahit cognationem. Ità cit. Suarez. Excipe, nisi Parochus tunc, cùm plures à Parentibus designati sunt, errorem Parentum correcturus, certos duos ex illis designet.

**Q. 4. An mittens Procuratorem fiat Patrinus?** Affirmativè, si Procurator teneat in  
fantem in Baptismo solenni, vel dando cum  
immediatè baptizaturus, vel accipiendo im-  
mediatè ex manibus ejus, qui baptizavit, ità

Gob,

Gob. tr. casu 17. Si verò teneat in Baptismo non solenni; vel dum sub conditione baptizatur; vel si duntaxat assistat exorcismis, & abrenuntiationibus, respondeatque locò infantis, ejusque Nomen dicat, nec mittens, nec Procurator Patrinus sit juxta Perez disp. 29. Sanch. L.7. disp. 5. n. 6. cum alijs. Ratio eorum est: quia nec omnes, nec singuli hi communiter sunt sufficientes ad rationem Patrini.

## A R T I C U L U S X.

### De Materia Baptismi.

159 **Q.** 1. *Quotplex sit materia Baptismi?*  
*R.* eam esse duplicem proximam, & remotam. Proxima est ablutio, remota omnis, & sola aqua elementaris, seu naturalis apta ad abluendum. Ità definitum est à Flor. Later. Trid. fundaturque in illo Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.* Quia verò difficultas magna non rarò est in discernendo, quænam aqua verè sit elementaris, consequenter quænam sit materia valida Baptismi.

160 **Q.** 2. *Quænam aqua sensenda sit verè elementaris, & naturalis, consequenter materia valida?* *R.* aquam elementarem, & naturalem solam esse eam, quæ sive ex mari sit, sive fluvio, sive palude, sive fonte, sinè alia adjunctione dici solet aqua, uti habet Catechismus Romanus tit. de Baptismo. Nec obstat, quod accidentaliter sit immutata colo-



re, sapore, vel admixtione non notabili alterius liquoris, aut corporis solidi v. g. sulphuris, metalli, luti. Ex quo sequitur validam esse materiam sulphureorum balneorum, lixivii, aut res alias, si admixtio non sit notabilis. Naturalis etiam aqua est aqua roris, pruinae non concretæ, conflata ex vaporibus v. g. hieme ex parietibus exsudans, vel in ollarum operculis reperta, quando ollis aquâ repletis subjicitur ignis. Naturalis denique aqua est aqua ex nive, glacie, grandine, item decurrens ex balneo, quamvis odoris sulphurei.

Q. 3. *Quæ aqua sit dubiè naturalis, conse.* 161  
*quenter materia dubia, quæ deficiente materia valida, est substituenda sub conditione: si est valida?* R. quæ ex liquoribus herbarum exprimitur, ut aqua rosacea; vel quæ ex sale concreto eliquatur; vel cum aliud corpus, aut liquor notabilius admiscetur, ut atramentum; item quæ ex arboribus, aut ligno vitis profluit. Item aqua extracta ex vino. Dubia hæc materia, sicut adhiberi potest licitè in necessitate, sub conditione: *si est valida*; sic extra necessitatem illam adhibens peccat mortaliter, cum sinè causa exponat salutem infantis periculo.

Q. 4. *Quis liquor simpliciter non sit aqua naturalis, consequenter materia invalida?* R. omnes illi liquores, qui ab ipsa specie differunt, quale, omnium opinione, est vinum, mel, oleum, aqua usta, urina, lachrymæ, saliva, sudor,

fudor, lixivium forte, jusculum saltè illud, quod sic est inspissatum, ut, quemadmodum Busenb. hìc loquitur, usum communem, & estimationem aquæ non retineat. Item nix, gelu, glacies; nisi resolvantur: uti & lutum densum, nisi aqua exprimatur.

163 Q. 5. *Quorūplex sit ablutio, seu materia proxima Baptismi?* R. esse triplicem; alia enim fit per immersionem, alia per notabilem aspersionem, alia per affusionem pariter notabilem in corpus, ipsum corpus coniungendo, non quidem totum, sed secundum principalem aliquam partem: sic enim absolutè dicitur abluì. Propterea necessariò sive ex Ecclesiæ præcepto, sive consuetudine solet fieri in capite, vel pectore, vel scapulis. Ordinarius abluendi ritus de factò est ablutio per affusionem, quæ ut valida sit, non sufficit minima aliqua gutta, sicut nec in aspersione, sed debet esse quantitas tanta, ut baptizatus possit dici moraliter abluì.

164 Q. 6. *Quando valor abluitionis censeri debeat esse dubius?* R. id evenire 1. ex parte formæ, si baptizans formam dubiam adhibeat. 2. Ex parte baptizati, si quis in capillis tantum, aut minus Principali parte, ut manu, pede, vel ut habet Laym, l. 5. tr. 2. c. 3. n. 3. si infans in secundina, quâ involutus nascitur, abluatur. 3. Ex parte aquæ, si nimirum aqua sit dubiè naturalis, vel nimis exigua quantitas adhibeatur, quæ dubium reddat, an moraliter sit ablutio. Ratio est; quia in his casibus

abus de valote nec ex Scriptura, nec SS. PP. satis constat, nec DD. satis consentiunt.

## ARTICULUS XI.

### De forma Baptismi.

**Q.** 1. *Qua sit forma sufficiens & necessaria ad valorem Baptismi?* R. hanc esse, quæ in Ecclesijs Occidentalibus est usitata: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.* Vel certè illam, quæ huic æquivaleret. Tales sunt duæ formæ Græcorum à Flor. ut validæ approbatæ: *Baptizatur servus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Et: Baptizatur servus Christi in nomine &c.* Non valerent tamen hæc formæ, si *ly baptizatur*, aut *baptizetur*, sumeretur *præcisivè*, non subintelligendo à me, seu non significando personam ministri; hæc enim necessariò exprimenda est, ut ex sequenti Q. constabit.

**Q.** 2. *Ex quo signo colligi possit, aliquam formam consuetam æquivalere?* R. si quinque habeat requisita. 1. Ut per illam indicetur persona baptizantis, seu jam explicitè, seu implicitè. 2. Ut indicetur actus baptizandi. 3. Persona baptizandi. 4. Unitas Divinæ naturæ quod, fit per voces: *in nomine.* 5. Trinitas personarum, idque explicitè, & distinctè. Ità Fill. Laym. Bonac. cum alijs. Hinc quia omnia enumerata exprimuntur, nec aliud substantialiter immutans, additur,

aut demitur, validæ sunt formæ sequentes: **I**ch tauffe dich im Nahmen **G**ott des Vaters / **G**ott des Sohns / **G**ott des Heiligen Geistes. *Ego te baptizo in nomine Patris, Filij, Spiritus Sancti. Ego te baptizo in nomine Patris, Ego te baptizo in nomine Filij, ego te baptizo in nomine Spiritus Sancti. Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & ab utroque procedentis.* Quam ultimam tamen Authores aliqui inter dubias collocant. Econtrà ob rationem oppositam invalidæ sunt sequentes: *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, omisso ego te baptizo. Ego te baptizo in nominibus. Ego te baptizo in Patre, & Filio, vel in Patre cū Filio, vel per Patrē, & Filium. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & gratiâ Spiritus Sancti. Ego te baptizo in nomine SS. Trinitatis. In nomine DEI Unius, & Trini. In nomine trium Personarum. Ego te baptizo in nomine Patris per fidem, vel in fide, virtute, majestate Patris. Ego te baptizo in nomine Domini nostri IESU Christi.*

- 167 Q. 3. *Quæ sit regula dignoscendi corruptionem formæ ob stare valori?* R. bene illam assignari à Suar. disp. 2. Sect. 4. ubi sic: necessarium uon est, ut verba per ministrum corrupta habeant per se sumpta in rigore significationem à Christo intentam; sed satis est, ut ex modo, quo hîc, & nunc proferuntur juxta communem concipiendi modum talem sensum ingerant audientibus. **L**icitè tamen

COR

corruptio talis, sicut omnis alia mutatio accidentalis, extra necessitatis casum non adhibetur. Unde manendum accuratè penes illam, quæ in Ecclesia, & Diocæsibus est recepta.

Q. 4. *Quando licitum sit adhibere formam dubiam?* R. cum Gob. n. 79. Less. in 3. par. 60. q. n. 29. tunc solùm, & semper, quando instat necessitas baptizandi, & qui baptizare deberet, dubitat, qualia verba sint adhibenda; tunc enim præstat adhibere formam dubiam, quàm nullam, ut consulatur periclitantis saluti, quantum consuli potest.

Q. 5. *An peccet baptizans, si totam formam proferat ante, vel post ablutionem?* R. peccare; quia sic administratus Baptismus est, si non nullus, certè dubius, stante in partem utramque gravissima Authorum sententia.

## ARTICULUS XII.

### *De Baptismo iterando.*

Q. 1. *An rebaptizandi baptizati ab Hæreticis?* R. huc valere regulam, quam tradit Dicastillo disp. 1. de bapt. n. 18. nisi constet satis prudenter nullum circa materiam, & formam errorem irrepsisse, non video, cur sub conditione rebaptizari; non debeant; tamen hæc omnia iudicio prudentis committenda sunt, & semper inclinandum in tutiorem partem conferendi sub conditione baptismum.

Q. 2.

171 Q. 2. An cum conditione rebaptizandi infantes expositi cum scheda attestante eos esse rite baptizatos? R. affirmativè. Ità statuit Syn. Constantien. p. 1. lib. 6. n. 6. Mediol. sub S. Carolo Borr. tit. de Bapt. infan. Cameracensis, apud March. in resp. Pastor. de Sacr. tr. 2. cap. 2. Ratio est: quia ejusmodi scheda non parit ullo modo certitudinem moralem. Unde enim constat baptizantem rite baptizasse, tametsi scheda id affirmet?

172 Q. 3. Quanam circumstantia sint observande? R. 1. si omnibus probè examinatis, & quantum res patitur, seu requirit, consultò unò, alteròve virò peritò, sinè hæsitatione judicas baptismum verè fuisse nullum, repetendus est sinè conditione; cum conditione verò, si rationabiliter times, nè fuerit nullus. 2. Si rebaptizandus est adultus, debet elicere Fidem, Spem, & Attritionem de peccato personali, mortali, si alicujus sibi conscius est: nisi v. g. ob amentiam horum actuum incapax esset. 3. ut Quintan. tradit sing. tr. 1. sing. 17. potest conditionatus talis baptismus conferri quocunque loco, & à quocunque etiam Laico. Canones enim communem modum solùm requirunt in baptismo absoluto. Unde si notoria est invaliditas, rebaptizandus est publicè, & à Sacerdote. Laim. l. 5. tr. 2. c. 5. quamquam id etiam in conditionato expediat. 4. Non opus est adhibere ullos paternos; quia obligatio eorum non debet

oriri ex causa omnino incerta. Si in primo baptismo adhibitæ sunt ceremoniæ, nequaquam est opus, eas iterare; sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum: Si verò ceremoniæ sunt omisissæ, sunt repetendæ. 6. In rebaptizando formula hæc adhiberi potest: *si baptizatus es, non te baptizo: sed si nondum baptizatus, es ego te baptizo* &c. cap. de quibus. de Bapt. & ejus effectu. 7. Rebaptizans tamen si irrationabiliter dubitans, non incurrit irregularitatem; cum hæc lata sit solùm in rebaptizantes scienter. 8. Tam rebaptizans, quàm permit- tens se rebaptizari, plectuntur capite. L. 1. & 2. Cod. *ne Sanct. Bapt. iteretur*, si videlicet uterque sit certus de validitate prioris Baptismi. Sed dubius de suo baptismo, quamdiù nequit formare opinionem probabilem, se validè esse baptizantum, peccat mortaliter Sacramentum quodcunque aliud suscipiendo; quia sic dubius tenetur vel procurare Baptismum, vel abstinere à reliquis Sacramentis. Ità Dicast. n. 216. Caterùm si hanc formare possit de jure, quia videlicet alii negant, alii affirmant, validum fuisse Baptismum, potest suscipere Sacramenta alia præter Ordinis Sacerdotalis, & Episcopalis. Ità Gob. n. 415.

## CAPUT III.

## De Confirmatione:

173 **Q.** 1. *Quid ad hoc Sacramentum conferre possit, & debeat Pastor?* R. tametsi ejus minister non sit; curare tamen debet, ut subditi hoc Sacramentum debite cognoscant, æstiment, & se ejus participes efficiant. Unde Catechismus Rom. c. 3. *Si in Confirmationis Sacramento explicando Pastorum diligentia unquam requirenda fuit; nunc cerè opus est quàm maximè illustrare, cum in sancta DEI Ecclesia hoc Sacramentum à multis omnino præmittatur: paucissimi verò sint, qui divina gratiæ fructus, quem deberent, ex eo capere studeant.* Hæc explanatio autem, ut idem Catechismus indicat, sicut alijs quoque diebus, ità præsertim die Pentecostes, quo præcipuè administrari solet, instituenda est.

174 **Q.** 2. *Quid potissimùm circa Sacramentum hoc declarari oporteat?* R. conformiter eidem Catechismo. 1. quòd verum sit novæ legis Sacramentum. 2. Quòd exinde dicatur Sacramentum *Confirmationis*, quia confirmat, & roborat, & baptizatum veluti militem Christi efficit. Ubi adduci potest exemplum Apostolorum, qui ante, & in passione Christi infirmi, & debiles, die Pentecostes Spiritus sancti virtute roborati summè ardua, & mortem ipsam audacter, & liberè superarunt. 3. *Quid oleum*, quo confirmatus ungitur, quidve *balsamum* admixtum si-



gnificet : videlicet per *oleum* significari gratiæ plenitudinem, per *balsamum* verò virtutum suavitatem, ita ut confirmati dicere possint : *Christi bonus odor sumus.* 2. Cor. 1. v. 15. 4. Quomodo oleum & balsamum specialem hanc vim per Episcopi consecrationem accipiat. 5. Quid per verba formæ indicetur. 6. Quam dignum sit hoc Sacramentum, eò quòd conferri nequeat, nisi ab Episcopo. 7. Qui, & quales Patrini adhibendi, & quæ cognatio contrahatur. 8. Quomodo debeat, ut Sacramentum hoc non priùs, nisi post adeptum rationis usum suscipiatur. 9. Quòd ratione præditis exacta confessio sit præmittenda. 10. Declarandum est, quomodo confirmandus in Confirmatione ipsa gerere se debet. 11. Quis inunctio frontis significet, videlicet, ut confirmatus nullo metu, aut verecundiâ à Christiani nominis confessione deterreatur. 12. Cur Episcopus alapam infringat, videlicet in signum, quòd confirmatus paratus esse debeat ad omnia adversa invicto animo pro Christo perferenda. 13. Cur Episcopus pacem confirmato imprecetur, videlicet in signum, quòd confirmatus gratiæ Cælestis plenitudinem, & pacem, *qua exuperat omnem sensum* ad Phil. 4. v. 7. contentus sit.

## CAPUT IV.

## De Eucharistia.

## ARTICULUS I.

De Reverentia Parochi in Missæ  
Sacrificio.

157 **Q.** I. *Qua reverentia Parocho exercenda in Missa Sacrificio?* R. illam colligi posse ex Trid. Sess. 22. Decret. de observ. & evit. in celebr. Missæ, ubi sic: *Satis apparet omnem operam, ac diligentiam in eo ponendam esse; ut quantam maximam fieri potest, interiore cordis munditia, & puritate, atque exterioris devotionis, ac pietatis specie peragatur.* Procul itaque à Parocho abesse debet triplex abusus, videlicet: Festinatio nimia, sacrificatio ex consuetudine sine præparatione, & gratiarum actione, & cum conscientia gravis noxæ: *Tracta illum reverenter; est enim filius Parentis nobilis, & nobilis Matris,* dicebat aliquando magnus DEI servus, & norma Sacerdotum Avila sacerdoti festino, & indecore celebranti. Verum quidem est, obligationem istam omnes Sacerdotes ligare; ligat tamen præprimis Parochum, utpote fidei Magistrum aliis præpositum, qui si magistrum hanc suum adoranda mysteria indecore tractare cernant, quam in se erga illa reverentiam excitabunt? Huc spectat Jeremiæ maledictio c. 48. v. 10. *Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter.*

Q. 2. *Quonam pacto evitari queat abusus* 176.  
*primus?* R. Si duplex observetur sacrificii  
 longitudo: una *intrinseca*, quæ ex ipsa natu-  
 ra requiritur ad pronuntiandum distinctè,  
 orandum attentè, operandum decenter id,  
 quod in ejusmodi functione sacri ritus  
 præscribunt; quales sunt: genuflexiones  
 decoræ, crucum formatio concinna, versio-  
 nes corporis, & progressus, vultus, & totius  
 corporis habitudo modesta &c. *Extrinseca*  
 illa dici potest, quam suo quisque arbitrio  
 priori potest adjungere. Prior illa sinè noxa  
 omitti non potest; tametsi quibusdam mi-  
 nus piis tedium generet: nec enim Regum,  
 & Principum convivia finiuntur citius, quia  
 ephebi non sinè incommodo adstant. Al-  
 tera laudabilis est, dummodo, si in publico  
 sit, non nimis teneritudini indulgeatur: hæc  
 enim indulgentia pietatem alienam turbat  
 potius, quam promovet.

Q. 3. *Quomodo evitandus alter abusus in* 177.  
*defectu præparationis, & gratiarum actionis consi-*  
*stens?* R. Juvabit in hunc finem perpende-  
 re 1. an non, dum sacrificans Laicus adhuc  
 esset, melius præparatus ad Cœli panem ac-  
 cesserit, meliusque eo percepto grates DEO  
 persolverit; cum tamen nunc vicinior DEO  
 factus sit, cujus majestas multò terribilior est  
 iis, qui proximè eum circumstant, & coro-  
 nant: *Terribilis super omnes, qui in circuitu ejus*  
*sunt* Psal. 88. v. 8. Fortè etiam stimulum  
 non levem addet commemoratio modi il-

lius, quo mundè, ornatèque convivia honorata accedi, ab iisque non sinè gratitudine recedi solet; tametsi in iis non manu cœlesti DEUS absconditus, sed vitulorum in ollis Ægypti coctæ carnes apponantur. 2. Juvabit considerare: quòd si temerarium censetur, accedere ad orandum DEUM non paratum: ne veluti tentetur DEUS: *Ante orationem prepara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat DEUM.* Eccles. 18. v. 23. quæ tandem temeritas sit ad immolandum Agnum omnis expertem labis accedere, eoque pasci fortè quotidie; nec tamen ad rem tantam vel obiter se præparare. Sanè non apparet, quid Sacerdos sinè fide, sinè spe, sinè charitate, sinè dolore, pudore, horrore, qui actus animi parati bona sunt indicia, celebrans, lucri ex sacrificio suo reportaturus non rarè sit, præter stipendii fortè lucellum, & nauseam Divinam, ob tantam in ministro suo tepiditatem. 3. Juvabit recolere, quantum humanitatis legibus adversetur, mox à sacrificio peracto se effundere in colloquia, libentiùsque confabulari cum homine, quàm cum loquente DEO seria, salutique æternæ conducentia pertractare. Nimis vilis his fit, aut factus est summè æstimabilis DEUS.

178. Q. 4. *Quomodo tollendus abusus tertius sacrificandi cum peccati mortalis conscientia? R.* gravitas hujus sacrilegii tanta est, ut nisi cor Sacerdotis maculati in cor Judæ abierit, à buc-

à buccella divinissima seu conficienda, seu fumenda primo sui intuitu abstertere possit. Explicant hanc gravitatem verba Apostoli, 1. Cor. 10. *Judicium sibi manducat, & bibit. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum. Reus erit corporis & sanguinis Domini, id est: ut Doctor Angelicus exponit, reus erit, ac si Dominum occidisset. Nescio, dicebat devota quædam anima in Rel. Rom: apud Segneri Instit. Paroch. c. 14. de Sacerdote in mortali sacrificante: Nescio, quomodo Lucifer ipse possit esse turpior. Videbatur mihi miser omnibus in membris infernum circumferre.*

*Q. 5. Quid agendum Sacerdoti noxâ lethali 179. contaminato, sacrificare volenti? R. id ipsum declarari à Trid. Sess. 13. c. 7. ubi docet, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat; quod à Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hac sancta Synodus perpetuò servandum esse decrevit, modò non desit illis copia Confessoris; quòd si necessitate urgente sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quàm primùm confiteatur. Hoc tamen præceptum quàm primùm confitendi non obligat, si communicaverit more Laico.*

*Q. 6. Quomodo intelligenda sit hæc particula: 180. quàm primùm. R. Quosdam Doctores relatos ab Escobar in Theol. moral. l. 2. problem. 58.*

præceptum tempus ità intellexisse, ut estimarent eo duntaxat intelligi consilium.  
 2. Ut particulæ, *quàm primum* sit sensus: cum suo tempore Sacerdos confitebitur. Verùm utraque hæc explicatio hoc tempore nequit sustineri, ut patet ex damnatis ab Alex. VII. prop. n. 38. & 39. Melius itaque Gobat tr. 3. n. 439. explicat, dictam particulam intelligi saltèm tertio die post illud Sacramentum sinè exomologesi factum, esto nec habeat in animo celebrare, nec præceptum Confessionis illum aliunde, seu alio titulo urgeat. Censet autem Gobat cit. Confessionem, dum *quàm primum* potest, omittere, esse mortale.

## ARTICULUS II.

### *De obligatione Celebrandi Missæ Sacrificium.*

181. **Q. I.** *An Parochus teneatur quotidie facere Sacrum?* R. negativè. Nisi exigat peculiaris ratio foundationis. Suar. Tr. 3. in 3. p. Disp. 86. s. 1. Consultum tamen id est longè maximè; tum ob specialem populi ædificationem; tum ob alendum complurium è populo erga tremendum hoc sacrificium devotionis affectum; tum etiam ad evitandum scandalum, quod populus facilè caperet, si hebdomadâ totâ templum videret oclusum, & Parochum rei sæculari unice intentum. Unde Palaus tr. 22. de un. p. 13.

vult

vult, obligationem quandoque urgere ex charitate pro ratione circumstantiarum, præsertim ut notat Laym. l. 5. tr. 5. c. 3. ubi populus est copiosior, qualis esse solet in civitatibus, & oppidis; itè ubi redditus sunt uberiores.

Q. 2. *Quandonam Parochus ad sacrificandum* 182.  
*teneatur?* R. cum Laym. l. 5. tr. 5. c. 3. toties illi obligationem sacrificandi incumbere, quoties plebs ipsi subdita ex præcepto Ecclesiæ missam audire debet. Ratio est: quia ideo Parochus decimas, aliásque oblationes accipit, ut ipsis præstet ea, quæ ad salutem sunt necessaria; sufficit autem si per alium sacrificet; sic enim populo debite prospicitur. Peccat tamen mortaliter, si ipse per annum saltè aliquoties non celebrat, in festis præsertim solemnioribus: cum enim obligatio hæc omnem sacerdotem urgeat, Parochus eâ pariter tenebitur. Desumitur hæc obligatio ex Hebr. 5. v. 1. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia.* Hinc 2. Mach. c. 4. v. 14. deploratur temporis illius infelicitas: *ita ut Sacerdotes jam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto Templo, & Sacrificiis neglectis, festinarent participes fieri palæstræ.* Præclare Beda allegatus à Gabr. l. 87. non legitime impeditus celebrare omittens privat SS. Trinitatem laude, & gloriâ, Angelos lætitiâ, peccatores veniâ, justos subsidio, & gratiâ, in purgatorio

existentes veniâ, Ecclesiam speciali Christi beneficio,  
& se ipsum medicinâ, ac remedio.

183. Q. 3. An, quoties sacrificare tenetur Parochus, etiam teneatur pro populo sacrificium offerre? R. contra Scotum cum Suarez D. 86. l. 7. Nav. & aliis negativè, nisi specialis lex dice-  
cesalis id requirat. Ratio est: quia beneficia curata propriè instituta sunt ad pascendum populum; & Sacramentorum ministracionem, non itèm ad sacrificandum pro illo. Videtur tamen lex charitatis, & æquitatis ratio suadere, ut pro suis subditis tum intrâ, tum extra sacrificium DEO frequenter supplicet, aliquando etiam pro eis offerat. Colligitur ex Trid. Sess. 23. c. 1. refor. ubi sic: *cum Divino precepto mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre &c.* Quoties autem sic offerre teneatur, desumendum est ex arbitrio boni viri. Hoc verò arbitrium formandum est ex copia, vel inopia reddituum, magna, aut parva necessitate Parochianorum. Gob. tr. 3. n. 493.

### ARTICULUS III.

#### De Stipendio.

184. Q. 1. Quantum stipendium pro Missa celebranda Parochus licitè accipere possit? R. quantitatem hanc consuetudine diuturna à probis, peritisque usurpata determinandam esse. Ita habet Nav. in man. c. 25. n. 78. cum



cum aliis communiter; vel Episcopi lege, ut docet Palao. tr. 27. disp. un. puncto 16. n. 6. Tanner &c. nec à determinatione hac licetè recedit Parochus plus exigendo, licetè caritas victualium augeatur. Gob. tr. 3. n. 565. Quòd si justum stipendium non detur, opus non est offerre pro dante sacrificium totum. Suarez. Disp. 86. l. 4. Tann. &c. nisi promiserit totum; tunc autem probabilius peccatur solùm contra fidelitatem.

Q. 2. *An hac exactio sapiat simoniam?* R. 185. Negativè, quia labor sacrificantis non æstimatur pretio; sed tantùm petitur sustentatio, sinè qua, per se loquendo, congruè vivere, consequenter munus obire Parochus non poterit.

Q. 3. *An Parochus licetè stipendium accipet, aut exigat, si opulentiè sit beneficiatus?* R. cum Suar. cit. l. 3. Tann. n. 24. affirmativè. Ratio est: *quia dignus est operarius cibo suo.* Matth. 10. v. 10. & *quis militat suis stipendiis unquam?* 1. Cor. 9. v. 7. sicut ergo Parochus habens ad sustentationem necessaria, exigere potest decimas, ita etiam exigere potest stipendium pro Missa. Attamen charitas in proximum egentem, & periculum scandali, sæpe mitigare docet rigorem justitiæ. *Judicium enim sinè misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Jacob. 2. v. 17. Misericordia hæc potissimùm urget in sacris funeribus hominum egenorum. Gob. cit. n. 569.

187. Q. 4. An Parochus accepto pingui stipendio v. g. per legationem piam, pro Missis pluribus reservet sibi licite partem illius; reliquum autem iustum, aut etiam excedens det alteri? R. affirmativam fulminatam esse Vaticano fulmine ab Alex. VII. sequentem propositionem damnante: n. 9. Post decretum Urbani VIII. potest Sacerdos, cui Missæ celebranda traduntur, per alium satisfacere collato illi minore stipendio, alia parte stipendii retenta sibi.

188. Q. 5. An Parochus licite acceptet stipendium duplex, & uni pro uno applicet fructum specialissimum, alteri pro altero minus specialem? aut uni Missam, alteri Indulgentias? R. negativè: quia communicabilitas talis est controversa, & incerta. Colligitur etiam ex propositione 8. ab Alex. VII. damnata, duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem missa licite accipere, applicando petenti partem specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem. Ratio ulterior est: quia qui pro tali Missa, vel Indulgentia, dat stipendium, petit sibi applicari utrumque, sicque ferè iudicant omnes communiter.

189. Q. 6. An saltem ultra stipendium ordinarium aliquid exigi possit, eo quod celebraturus alius, ubi voluerit, celebraturus sit in altari privilegiato, applicaturus Missam defuncto? R. negativè: Hoc enim non supponitur importare novum onus pretio æstimabile. E contra, si dans stipendium petat sibi celebrari certo loco, aut tempore, cum onere novo, poterit,

rit ob hanc causam juxta Gob. quinta pars stipendii justi suprâ exigî; nisi hac in parte aliud taxaverit consuetudo.

**Q. 7.** *An Parochus, qui stipendium accipit, 190.*  
*teneatur dicere Missam, sicut offerens intendit, & petit, videlicet in certo altari, de tali Sancto, aut Requiem? R.* affirmative. Quia ob specialem offerentium devotionem, & speciales Missæ orationes, ac commemorationes, major fructus impetratorius ad propositum finem provenire solet. Porrò, an dominicâ die, si pro funere Requiem exigatur, id ipsum celebrandum sit, spectanda est consuetudo. Cæterum intrâ funeris solemnia, si dies per Dominicam, aut Festum duplex impedita sit, rectius fecerit, si servata intentione postulantis Missam dixerit secundum ritam ab Ecclesia præscriptum; siquidem fructus præcipuus ex omnibus Missis æqualiter provenit; major autem ille fructus impetrationis propter speciales preces satis compensatur piâ Ecclesiæ intentione, ac Festi celebritate. itâ Laym. l. 5. tr. 5. c. 1. Henr. l. 9. c. 23. Miranda &c.

**Q. 8.** *An mortaliter peccet, qui stipendio obligatus etiam unam Missam celebrare sciens neglexit? R.* Id omnino est probabile. Ratio est: quia quamvis stipendium non sit naturâ taxatum; valor tamen Missæ, quo privatur alter, est maximus; neque stipendium habet se ut pretium æquale Missæ. Idem dicendum de diu differente, id est,

ultra tres menses. La Croix l. 6. p. 2. n. 154. cum Pasq. In quo tamen attendendum bene est ad circumstantias præsertim causæ, ob quam Missa petitur: nam pro defuncto minus differenda est, quàm pro vivo. Itèm pro necessitate, quæ non patitur moram. Unde Urbanus in suo decreto mandat non plures Missas suscipi, quàm quæ intrà modicum tempus possint legi. Si verò quis plura suscepisset, tenetur, si non potest per se, satisfacere per alterum. Porro negligens celebrare, vel diu nimis differens, tenetur stipendium restituere, licèt non teneatur etiam damnum compensare. Ratio est: quia stipendium injustè possidet; ad damnum verò compensandum fideles Missam petentes, obligare non videntur.

*ARTICULUS IV.**De Dispensatione SS. Eucharistie.*

192. **Q.** I. *An Parochus teneatur Eucharistiam ministrare, quoties pii subditi eam rationabiliter petunt?* R. affirmativè. Ita Nav. in c. placuit de pœnit. Disp. 6. n. 152. Regin. Bonac. Fagund. &c. à Barb. c. 20. n. 15. citati. Ratio est: quia Parocho impositum est onus pascendi oves suas, quod maximè fit verbo, & Sacramentis. Ex quo patet, longè amplius eum ad id teneri, ubi subditi petentes obligantur, uti obligantur tempore Paschali, cujus extensio visis circumstantiis ab Episcopo determinatur.

**Q. 2.** *An mortaliter peccet Parochus Eucharistiam dispensando in mortali?* R. cum probabiliore affirmativè. Ità Fill. in *QQ. Mor.* tr. 4. c. 5. q. 9. Valen. Suar. Coninck, Bonnac. &c. Quòd autem toties peccet, quot sunt personæ, quibus dispensat continuò, improbable est.

**Q. 3.** *In quibus paramentis communio distribuenda sit?* R. ea debere esse non nigra: hunc enim ritum improbavit S. Congregatio 22. Januarii 1714. Unde si quis petat communicare, quando legitur Missa de Requiem, Sacerdos ante, vel post Missam debet communionem dare assumptâ stolâ aliâ non nigra, casulâ saltè depositâ. Die Veneris sancto insuper ne quidem assumptâ aliâ stolâ non nigrâ communio dispensatur.

**Q. 4.** *An liceat dare Eucharistiam aliis digitis, si indice, & pollice dari nequeat?* R. si æger sine viatico moriturus esset, dari posse, & debere; posse, patet ex necessitate ægri, citra viaticum autem dari posse, sententia est valde probabilis: quia ratione primorum digitorum tota manus videtur consecrata. Qui tamen sine causâ ultimis digitis tangeret hostiam, venialiter peccaret, juxta Gobat. tr. 4. n. 391.

**Q. 5.** *Quid faciendum hostiâ decidente?* R. 196. locum tegendum esse re aliqua munda, & postea abluendum. Ratio est debita reverentia Sacramento præstanda. Ablutio tamen

men vestis, barbæ, ordinariè non præcipitur: quia melius est vitari turbationem populi, quàm rubricam illam observari. Porro rubrica hæc non obligat sub mortali, sicut obligat, quando decidunt species vini: quia hæc imbibuntur. Illud tamen, in quod facer sanguis decideret, non est opus comburere, sed abluere sufficit. Quòd si hostia inter distribuendum decidat in sinum, vel vestem mulieris, permitti potest, ut ipsamet, vel alia mulier manu sua extrahat, & reponat in ciborium: indecens enim foret, & plerumque scandalosum: si Sacerdos ipse eximeret. Si fortè ibi commodè non posset eximi, potest mulier seorsim secedere, etiam ad vicinam domum, ibique eximere, & referre; abluendi tamen erunt digiti mulieris, & ablutio in piscinam sacram mittenda, ut docent Loha, Pasqual. & alii. De micis, nè decidunt, singulariter curandum. Si tamen decidunt, & adeò notabiles sint, ut levari possint, procedendum sicut de tota hostia dictum. Si verò minutæ sint adeò, ut observari nequeant, Angelis sanctis colligendi cura est committenda.

197. Q. 6. *Quid agendum distribuenti, si videat, quòd communicans hostiam deponat in stropholum?* R. non tenetur eum publicè arguere, vel statim repetere: per hoc enim infamaretur homo iste, foretque etiam Sacerdoti nimis incommodum, & periculosum: quia fortè deponit præsentens vomitum;

mitum; vel quia recordatur peccati, & putat meliùs esse sic deponere, quàm deglutire. Debebit tamen observari quis sit, & quò recedat, ac postea ab illo sacra hostia repeti. Ità La Croix l. 6. p. 1. n. 503.

*Q. 7. Quid agendum, si bestia sacras species* 198.  
*absumpserit?* R. permitti posse, ut species in stomacho bestie consumantur, consequenter non esse opus, ut bestia mactetur, si nondum credantur consumptæ, ac ita eximantur; nec esse opus, ut cum speciebus bestia comburatur: sive enim absumantur per ignem, sive per calorem stomachi animalis, non videtur esse major irreverentia. Ità idem. n. 505.

*Q. 8. Quid faciendum, si Sacramentum* 199.  
*evomi contingat?* R. Si ab aliquo communicante, vel à Sacerdote in sacrificio sine nausea absumi potest sacra hostia, separetur à rejectamentis cæteris, & absumatur, secus in loco sacro separata reponatur, donec corrumpatur; tum verò comburatur, & cineres in sacrarium mittantur. Quòd si species non appareant, sed jam corruptæ sint, totus vomitus similiter comburatur, cineres in sacrarium mittantur. Cæterum vomitum sumptò Sacramentò procurare licitum non est: nisi cum observatur species sumptas venenò, vel simili tabe infectas esse.

## ARTICULUS V.

## De Paschali Communione.

200. **Q.** 1. *Qua cura Parocho adhibenda, ut subditi capaces Paschalem Communionem rite peragant?* **R.** 1. oportet diligenter tam pro concione, quàm in Catechesi declarare obligationem peragendi. 2. Oportet diligentiam eandem necessaria ad eam rite peragendam sæpius etiam, si necessitas exigit, explicare. 3. Opus est accuratè dispicere, qui ejusdem capaces sint, qui non; nè parentum incuria proles adolescere sinat in rei saluberrimæ, ac necessariæ neglectu. Ad dignoscendam autem capacitatem servare potest regula, quæ habetur c. *omnis utriusque sexûs*. de pœnit. & remiss. ubi sic: *omnis utriusque sexûs fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata, saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistia Sacramentum; nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum; alioquin & vivens ab ingressu Ecclesia arceatur, & moriens Christiana careat sepulturâ.* Ex quo patet eos capaces esse, qui ad annos discretionis pervenerunt, quod prudentis arbitrio est dijudicandum. Hoc verò formari poterit tum ex suffi-



sufficiente rationis usu; tum ex sufficiente rerum spiritualium notitia, quæ in aliis citò, in aliis tardiùs, quibusdam etiam primò circa 14. ætatis annum contingit. Gobat tr. 4. n. 88. 89. 90. duplicem regulam statuit. 1. est: potest differri communio Paschalis in unum, alterùmve annum, etiam dum jam puer satis intelligit res ad illam rite obeundam spectantes, ob singularem reverentiam ad augustissimum hoc mysterium requisitam. 2. est: non delinquent, qui sui territorii morem secuti abstinent hoc epulo usque ad annum 14. addit tamen laudandos Parochos, qui hunc morem, ubi plebs est doctior, emendare student. Tanner q. 8. n. 112. & 115. vult pueros Germaniæ communione refici debere & remitti inter annum 10. & 14. rarò post 12. rarò ante 10. Cæterùm frequens, & sedula requiritur à Parocho juventutis instructio; nè quis instructionis hujus neglectu diutius incapax perseveret.

Q. 2. An fatui ad communionem Pascha. 201.  
 lem admittendi? R. negativè de plenè fatuis, affirmativè de semi-fatuis, qui videlicet absolutionis Sacramentalis sunt capaces; an verò sapius per annum admittendi sint, prudentia ex circumstantiis ætatis, sexûs, institutionis, modestiæ, pietatis &c. docebit. Plenè fatuis annumerandi sunt surdi, muti, & cœci à nativitate. Semi-fatuis, qui non à nativitate sunt cœci, &

signa

signa præbent capacitatis ad absolutionem suscipiendam. Ita Gob. hinc n. 137. 138. 139. 140. Quòd si fatuus, surdus, aut puer, de cuius incapacitate constat, se ingerat in cancellos, negandam censet idem Gobat Communionem. Huc spectant energumeni, phrenetici, epileptici, nauseabundi, catharrosi, tussientes, qui communicari possunt, si absens sit periculum irreverentiæ, quod ex circumstantiis erit colligendum.

202. Q. 3. *An si Parochus resciat extra Confessionem subditorum aliquem sacrilegè communicasse, eundem ad alteram Communionem adstringere possit?* R. affirmativè. Ratio est: quia Ecclesia præcepit Communionem fructuosam. Unde meritò sententia docens præcepto Ecclesiastico per Communionem sacrilegam satisfieri, damnata est ab Innocent. XI. inter 65. n. 55. Ex quo probabilius deducitur, nec satisfieri dicto præcepto per Communionem etiam materialiter tantum sacrilegam: ut si quis ex invincibili ignorantia communicasset in statu peccati mortalis; is nihilominus, qui sacrilegè communicaret in Parochia, potest alibi alteram communionem peragere. Ratio est: quia in sacrilega Communionem jam recognovit suum Pastorem.

203. Q. 4. *An si quem advertat præceptum Ecclesiasticum tempore Paschali non implevisse, eum elapso tempore Paschali ad Communionem urgeat?* R. probabilem quidem esse negativam;

vam; probabiliorem tamen affirmativam, ut docet Suarez, Valquez, Tanner, Amicus, & alii moti particulis illis: cit. c. *ad minus in Pascha. Saltem in Paschate* & can. 9. Sess. 13. de Euchar. Trid. Colligitur etiam ex usu Ecclesiæ, quo Ordinarii pœnas vel infligunt, vel inflictas non remittunt, nisi elapso etiam Paschatis tempore Confessio peragatur. Cæterum de pœnis cit. cap. statutis notandum, eas, non esse sententiæ latæ, sed ferendæ. Unde Parochi non facilè pœnam alicui inferre debent, nisi prius monito, atque jubente Ordinario. Inspiciendæ præterea hîc sunt speciales Diocesium constitutiones, & consuetudines. Quod autem præceptum audiendi Missam non impletum die Dominica per omissionem auditionis, non urgeat alio die, ratio est: quia præceptum de audienda missa non est pro singulis hebdomadis, sed pro Dominica. Præceptum autem Communionis est pro singulis annis, ut constat ex cit. cap.

Q. 5. *An, si aliquem suorum adverteret Paschali tempore à Communionem impediendum, eam exigere possit citius?* R. negativè. Dummodo intra eundem annum semel communicaverit. Si tamen prævidetur, quòd, nisi Communicatio anticipetur, occasio defutura sit intra annum communicandi, posset exigere anticipationem. Ratio est: quia principale est, quod præcipitur, ut intra annum communicetur; accessorium est, ut in Pascha.

P. Herzig Man.

I

scha-

schate; ergo licet accessorium deficiat, ad-  
huc manet principale.

205. Q. 6. An eos, qui Paschali tempore commu-  
nicârunt in templo aliquo Religiosorum, urgere  
possint ad novam Communionem in Parochia?  
R. affirmative. Nisi vel expressam, vel  
rationabiliter præsumptam licentiam (quam  
sufficere censet Tamb. de exp. Comm. c. 4.  
§. 4. Navarrus. Rodriq. Aversa.) à Paro-  
cho habuisset. Ratio est: quia Commu-  
nionem priore præcepto non satisfecerunt.  
Quoad famulos tamen domesticos intrâ  
septâ Religiosa habitantes habet Societas  
nostra expressum Privilegium in Comp. v.  
*familiares*. §. 1. & 2. eos non tantùm com-  
municandi in Paschate, sed etiam pro via-  
tico. Quoad discipulos in scholis nostris  
Gobat tr. 4. n. 77. dicit eos satisfacere, si  
illis debite attendant Professores, ut in tem-  
plo nostro communicent. *Consuetudine ubi-  
que id obtinente*, Ordinariis prudenter con-  
niventibus etiam idèd: quia Professores  
longè faciliùs observant defectum, & ad  
Communionem urgent. An verò Præcep-  
to satisfiat communicando in Cathedrali  
Ecclesia, aliqui affirmant, alii, & plures, po-  
tentioresque negant, inter quos Bonac. q. 7.  
p. 2. n. 11. Lugo l. 1. respon. mor. dub. 15.  
Dicast. tr. 4. de Euch. D. 10. n. 170. apud  
Gob. tr. 4. n. 66. eidem sententiæ subscri-  
bentem. Ratio illorum est: quia licet Ec-  
clesia Cathedralis sit superior; tamen sin-  
gular

gulæ Parochiæ habent suos terminos, & singuli Parochi sua jura, non aliter ac singulæ Diœceses, & singuli Episcopi pro sua Diœcesi; quamvis Achi-Episcopatus sit illis excelsior. Videtur tamen hîc spectanda singularum Diœcesium consuetudo.

*ARTICULUS VI.*

*De Viatico.*

**Q.** 1. *Quid nomine viatici intelligatur?* R. in-206. intelligi Eucharistiam iis dari solitam, qui vitâ discessuri creduntur; ut medio hoc pro via in æternitatem iis prospiciatur: confert enim ex sententia communi ex opere operato specialia auxilia in morte juvantia.

**Q.** 2. *Utrùm obligatio incumbat Parocho ad-207. vigilandi: an aliqui e suis subditis in mortis periculum inciderint, ut maturè, & de die sacrum Viaticum illis afferatur?* R. affirmativè. Patet: quia tunc maximè commissis curæ suæ de salute providendi oportet. Quòd si tamen de die afferendi occasio non suppetat, ac aliter necessitas postulet, afferendum est etiam de nocte. Quamobrem eisdem Parocho curandum, ut semper in sacrario, seu tabernaculo serventur hostiæ consecratæ in pixide munda, quas hostias, nè vetustate corrumpantur, communicantibus in Ecclesia ante alias distribui, vel ab ipso Sacerdote in Sacrificio post suum oblatum ante ablutionem sumi, & alias novi-

ter consecratas substitui oportet. Pixistamen, seu ciborium, non necessarîo debet esse consecrata, dummodò interiùs vitta lineae ex tela consecrata vestiatur, ut docet S. Thom. & cum eo alii non pauci. Renovatio autem hostiarum singulis mensibus facienda, praesertim tempore hiemali: nè hostiæ corrumpantur. Modus purificandi, licèt varii varios praescribant, optimus est per infusionem vini in ciborium, etiam bis, ter, & quoties opus fuerit, ut solvat micas omnes, ità ut, quod infunditur, congregatis in fundum per indicem micis è ciborio effundatur in calicem, ac ex eo sumatur ante ablutionem. Quòd si hæc ex inadvertentia jam sumpta esset, adhuc potest purificari ciborium, & sumi reliquæ: reputatur enim una consumptio Sacrificii, Vermis, vel sordes inventæ in ciborio comburi debent, & cineres in sacrarium mitti. Ita La Croix cit. n. 501. 502. 503.

208. Q. 3. *An graviter peccet infirmus adultus, qui Viaticum sumere recusat?* R. nisi eodem die jam communicasset (non verò ante unam septimanam, vel mensem) affirmativè. Ratio est: quia materia est gravis, & valde conducens ad animæ bonum in articulo periculosissimo. Estque mortale duplex, si quis in Paschate moribundus Communionem negligat: quia est diversus finis utriusque præcepti. Hinc sequitur 1. quòd excommunicatus teneatur procurare abso-
- lutio-

lutionem, ut possit suscipere Viaticum. 20. Etiam afficiendis supplicio dandum, & suscipiendum esse Viaticum, tametsi una tantum hora ad supplicium restaret, ut docet Sa, Fagund. Diana, Dicast. hęc: Idem est de eo, qui post unam horam esset occidendus; juxta Gob. Lohn, etiam tunc cum statim est occidendus. Idem est de eo, qui vulneratus statim est moriturus. c. is qui, XXVI. q. 6. dicitur: *si quis continuo creditur moriturus, infundatur ei Eucharistia.* Sanchez apud Gob. tr. 4. n. 206. Neque inconveniens est, quod sacrae species consumantur in corpore mortuo: excusat enim necessitas, & utilitas. Nec etiam refert, quod fortè pridie communicaverit, & hodie jejunus non sit. Quintan. tr. 4. sing. 14. Imò si quis per viginti dies quotidie suspendatur ab executione supplicii, poterit toties communicare pro Viatico. Ita Gob. tr. 4. n. 207. cum Quintan. Ut tamen praxis hæc admittatur, difficile censet.

Q. 4. *An etiam plenè ebrio dandum sit Via-209. ricum?* R. negativè, si ebrietatem constet plenè fuisse voluntariam; affirmativè, si de hoc dubitetur, dummodo absit periculum irreverentiæ. Ratio prioris est: quia ebrius in ebrietate plenè voluntaria est indignus, utpote in peccato mortali constitutus. Ratio alterius partis est: quia si dubitetur de ebrietate plenè voluntaria, ebrius manet in possessione, & præsumitur velle.

Quòd si solitus est voluntariè se inebriare, censendus est id etiam nunc fecisse, ac ided Viatico privandus erit. Ratio est: quia ex communiter contingentibus est prudens præsumptio, La Croix l. 6. p. 1. n. 609. Gob. tr. 4. n. 195.

210. Q. 5. *An etiam pueris Viaticum dari possit?*  
 R. cum Suar. Palao, Tanner, Rhodes &c. apud Gobat n. 92. affirmativè. Vocat hanc sententiam citatus Gob. magis piam, & ubi commodè potest, in usum redigendam, præsertim si petat puer octennis, vel novennis. Rationem dat: quia cui Sacramentum Pœnitentiæ conceditur, neque Sacramentum Eucharistiæ negari debet, si petat; non audet tamen damnare secus facientes. Quid de fatuis, surdis, mutis, epilepticis &c. hac in parte sit sentiendum, vide Q. 2. art. præcedente. Si quis ex febris in delirium incidat, si ante illud desideraverit, aut signa contritionis dederit, nec appareat periculum irreverentiæ, dari & illi potest, ut habet Rit. Rom.

211. Q. 6. *An Viaticum dari possit non jejuno?*  
 R. affirmativè, si videlicet infirmo incommodum sit à dimidia nocte usque manè sine cibo, ac potu exspectare. Avers. q. 8. S. 9. §. 6. Idem est, si æger longè distet v. g. duabus horis, & periculosè ægrotet: tunc enim poterit etiam illi dari Viaticum, quamvis probabiliter postridie illud posset jejunos sumere: minus enim periculum requi-



requiritur ad sumendum Viaticum à non je-  
juno, quàm ad suscipiendum extremam un-  
ctionem. La Croix l. 6. p. 1. n. 612.

Q. 7. *An, qui semel communicavit per mo-*  
*dum Viatici, etiam non jejunus, morbo continuante,*  
*& durante periculo mortis posset iterum sic com-*  
*municare?* R. affirmative, & quidem per  
Suar. Henriq. Regin. Fill. apud Moravsky  
lib. 6. p. 49. post sex, vel octo dies; per  
Laym. verò & Hurtadum apud Busenb.  
tr. 3. de Euch. d. 2. a. 2. etiam post duos  
dies, si æger assuetus sit frequenter com-  
municare, & urgeat devotio. Inducendus  
autem est æger, ut sumat sacrum Viaticum  
tempestivè propter casus insperatos, nec ti-  
menda mors sumentis illud; nam inquit  
Ambr. in Pl. 118. *quomodo morietur, cui cibum*  
*vita est.* Cavendum etiam, ut propter sum-  
mam ejus dignitatem sumatur cum magna  
reverentia non solum interna, sed etiam ex-  
terna, ita ut sumatur, si fieri potest, genibus  
flexis; si verò morbus id non permittat, sal-  
tè erigat se æger, & tantum hospitem de-  
missio capite veneretur; excitandi sunt in  
ægro actus ferventes fidei, spei, & charita-  
tis, gratiarum actionis, resignationis &c.  
de quibus supra. Ad quam devotionem ser-  
viet proponere ægro advenire ad illum ani-  
mæ Sponsum, Ducem ad cœlum, bonum  
Pastorem ovem errantem ad cœlestis ovile  
deportaturum, Protectorem & Defensorem  
suum, Dominum munificentissimum, & be-  
nignissimum &c.

213. Q. 8. *Qua forma dandi Viaticum?* R. esse hanc: *accipe frater (vel soror,) Viaticum corporis Domini Nostri JESU Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur ad vitam aeternam.*
214. Q. 9. *An Viaticum dari possit die Veneris sancto, & tempore interdicti?* R. cum Tamb. in Meth. exped. Comm. c. 6. n. 4. & aliis, affirmativè. Ratio est: quia non est credendum, piam Matrem Ecclesiam velle tunc ægros tam utili Sacramento privare. Ob hanc causam peti etiam potest à Sacerdote hæretico, excommunicato, suspenso &c. Ita idem n. 8. Suar. Sanch. &c. Si alius desit, quamvis occasio adesset suscipiendi alia Sacramenta præter Eucharistiam. Potest etiam, imò tenetur, in alius defectu Viaticum deferre Diaconus. Lugo, D. 18. n. 27. Dicast. &c. Itè potest Sacerdos communicare se ipsum. Tamb. cit. n. 26. Suar. Laym. apud eundem.
215. Q. 10. *An Parochus casu necessitatis urgente pro Viatico adhibere possit, & debeat materiam dubiam, ut hostiam è siligine, vel spelta &c.* R. det affirmativè Gob. tr. 3. n. 137. Instantiam dat in baptismo, in quo adhibenda est materia dubia, si haberi non possit certa. Quia tamen Sacramentum hoc necessarium non est necessitate mediæ, contrarium est tenendum. Porrò materia certa, dubia, & inepta ex mente P. Dicastillo tr. 4. Euch. d. 2. n. 19. ex communi Dicecesis cujuscunque æsti-

æstimatione, & peritorum iudicio est dignoscenda.

Q. 11. *An Parocho liceat conficere Euchari. 216.*  
*stiam pro Viatico extra Sacrificium? item an Latino consecrare liceat in fermentato? item an Latino dari possit sub speciebus vini, si is sumere nequeat sub speciebus panis? item an consecrare liceat absque sacris vestibus, absque altari? R. negativè. Ratio est: quia præceptum Divinum non obligat, nisi quando observari potest cum debita reverentia, & ritibus principalibus, ac quasi substantialibus cæremoniis ab Ecclesia præscriptis. Quod si æger sumere nequeat sub speciebus panis, consulitur, ut minuta hostiæ pars injiciatur in vinum, & ægro sumenda porrigatur.*

Q. 12. *An pro Viatico celebrare bis sit licitum? R. affirmativè. Ità teste Gobat, tr. 3. n. 193. plerique Theologi. Quod idem Gobat licitum censet, tametsi celebrans jam sumpsisset ablutionem. Cæterum probabilior est docens: non jejuno licitum non esse Viaticum conficere, nisi infirmus aliud Sacramentum recipere non possit. Laym. l. 5. tr. 5. c. 4. n. 6. monet, ut si Sacerdos in Missa post consecrationem, vel saltèm post ablutionem moneatur de communicando infirmo, partem suæ hostiæ in hunc usum servet. Si verò moneatur statim post sumptam hostiam, absteineat ablutione, & novam missam inchoet, sicuti in die Nativitatis fieri solet. Nunquam autem in solo pane*

ne iterum consecrare licitum est pro infirmo. Ita Laym. cit. ubi nota, præsertim in nostris terris potius curandum Parochis, ut ex causa dandi Viatici pro infirmis semper sufficientes particulas sacræ asservent. De reliquis casibus porrò quemadmodum licitum est pro Viatico conficiendo bis celebrare, ita idem licitum esse dicit in casu, quo populus cæteroquin die festo Missâ privaretur, ut fieri posset in solennitate majore, aut ubi Parochus, duas Parochias habens, utrique prospicere non potest. Monet tamen, hoc ipsum nunc, ubi major est Sacerdotum copia, vix locum habere; idem est de aliis casibus; ac demum sequentem regulam tradit: Tunc licitum esse bis celebrare, si major aliqua necessitas accedat, v. g. populi querimonia, vel scandalum, nisi iterum sacrificetur.

## CAPUT V.

### De Sacramento Pœnitentiæ.

#### ARTICULUS I.

##### *De Parochi Jurisdictione.*

218. Q. 1. *Quam Jurisdictionem habeat Parochus in Pœnitentiæ foro?* R. Parochus Sacerdos habet jurisdictionem ordinariam circa omnes suæ Parochiæ fideles. Pro qua jurisdictione opus non est alia licentia, quam

ut pro Parocho sit constitutus. Barbosa de off. Paroch. p. 2. c. 19. n. 1. Fernan. in Exam. Th. mor. part. 3. c. 6. Ut vero in alia Parochia Confessiones audire possit, debet habere *delegatam*; nisi subditos suos ibi confiteri contingat, quos ubivis locorum audire potest in loco privato. Victor. de Confess. n. 152. Tol. in instr. Sacerd. l. 3. c. 13. Navarrus in man. c. 27. & alii.

*Q. 2. An Parochus dimisso beneficio subdito-  
rum precedentium Confessiones absque nova juris-  
dictione excipere possit tempore Jubilai? R. ne-  
gativè.* Suar. tom. 4. D. 28. Sect. 4. & 6. Regin. l. 1. n. 190. cum aliis. Idem est de eo, qui se in beneficium intrusit sinè superioris autoritate, vel qui nullum titulum bonum, aut malum habuit à Superiore. Ita Barb. cit. Nav. in Man. c. 9. Sanchez, de matr. l. 3. D. 22. n. 49.

*Q. 3. An jurisdictionem habeat etiam in eos, qui domicilium in Parochia non habent. R. affirmative.* Si hi saltèm quasi domicilium habeant, id est, ad tempus non admodum breve negotii alicujus causâ in Parochia morentur, quales sunt milites, ancillæ &c. Ità Laym. l. 5. tr. 6. c. 10. n. 5. Excipe, nisi fraudulenter in præjudicium proprii Parochi habitationem ad tempus mutassent; fraus enim nulli patrocinari debet. Idem dicendum de peregrinis, qui saltèm tacitam licentiam à suo Parocho habent aliò peregrinandi. Nav. in c. placuit. 3. de Pœn. D. 6. Sà. v. Confessor.

*Q. 4.*

221. Q. 4. An Parochus impedire possit Regulares ad Confessiones audiendas approbatos, quò minus ejus Parochianos audire possint absque ejus licentia? R. negativè. Ita S. Congr. 2. Julii 1588. & 22. Januarii 1616.

222. Q. 5. An Parochus potestatem Confessiones suorum Parochianorum audiendi possit alteri Sacerdoti, si is, cui deleganda est, ab Ordinario sit approbatus, delegare? R. affirmativè. Laym. cit. l. 5. tr. 6. c. 10. n. 11. imò ubi Parochus præsumere potuerit subditum habere justam causam confitendi alieno, debet petenti licentiam dare, quæ si denegetur, posse subditum alieno sinè licentia confiteri, arguitur ex c. *placuit*. de Pœn. causâ XXXIII. D. 6. ubi permittitur, si Parochus ignarus sit, alteri experto confiteri. Idem docet Sylvest. v. *Confessor*. Nav. in cap. *placuit*. &c. Quòd si subditus alieno confiteri volens dicat, se licentiam habere à suo Parocho, tenetur alienus credere. Armilla v. *absolutio*. n. 20. Sylv. v. *Confessor*. q. 17. Porrò delegatam habens potestatem non potest hanc alteri subdelegare. Sylv. v. *Vicarius*. q. 5. Excipe, nisi vices absentis Parochi agere oporteat. Chapeavill. tr. de modo ministr. Sacram. tempore pestis c. 6. q. 2.

## ARTICULUS II.

De obligatione Parochi Confessiones  
suorum excipiendi.

**Q. 1.** *Quoties teneatur Parochus subditi sui Con-* 223.  
*fessionem audire?* R. toties, quoties  
hic tenetur confiteri, ut teste Gobat tr. 7.  
n. 27. tradunt Lugo. Valen. Regin. &c.  
Imò juxta Sylv. v. *Confessio*. Armill. v. *absol-*  
*utio*, toties tenetur, quoties expedire pru-  
denter judicaverit subdito, nec causa ad-  
est id negandi. Suar. tamen de pœn. disp.  
32. l. I. tenet, venialiter solum peccare Paro-  
chum, si semel, atque iterum nollet audire  
Confessionem (nulla excusante causa, quæ  
valde tenuis sufficeret pro una alterave vi-  
ce) nisi subditus aliqua gravi tentatione,  
aut difficultate premeretur; vel quia lon-  
gum, & laboriosum iter ingreditur, vel  
quia tempus esset Jubilæi. In casu quo  
subditus tempore importuno v. g. horâ  
prandii, vel somni, aut quando potius expedi-  
dit Parocho alia tractare negotia, vellet pec-  
cata sua confiteri, citra urgentem necessita-  
tem non teneretur Confessionem talis sub-  
diti Parochus audire, colligitur ex Laym.  
l. 5. tr. 6. c. 13. n. 2. Potest autem Confes-  
siones audire vel per se, vel per alium;  
nisi subditus expressè velit uni Parocho  
conscientiam referare. Ita idem Laym. c.  
10. n. 11.

Q. 2.

224. Q. 2. *An etiam cum periculo mortis obligetur Confessionem excipere subditi in gravi vel extrema necessitate constituti?* R. affirmative, dummodo spes æquè certa affulgeat periclitantem juvandi, nullúmque gravius damnum indè secuturum putetur. Lug. de Pœn. D. 32. l. 1. n. 10. Gob. tr. 7. n. 27. tenetur enim Pastor in casu tali animam pro ovibus ponere. Extrema autem necessitas tunc adesse censetur, quando morti vicinus implicitus est peccato mortali, & ignorat aut quid sit contritio, aut an, & quomodo sit elicienda. Gravis verò necessitas est, quando non sinè magna difficultate potest elicere contritionem. Lugo ibidem cum aliis.

225. Q. 3. *Quomodo sciri possit subditum versari in gravi, aut extrema necessitate?* R. si scit hominem esse flagitiosum, præsumi potest eum esse in gravi necessitate (idem ferè est de iis sæcularibus, qui nec calidi sunt, nec frigidi, atque à mense non confessi; rari enim sunt tales, qui intrà tantum tempus non labantur graviter) tales enim rarissimè, nisi à Confessariis edocti, & inducti eliciunt actum perfectæ contritionis, sed solum attritionis ex metu gehennæ. Si verò scit, eum esse vitæ valde bonæ, & honestæ, ac paulò antè ægritudinem confessum, prudenter judicare potest operam suam non esse ipsi necessariam. Suar. de Pœn. disp. 44. Sect. 3. n. 15. Gob. tr. 7. n. 28.



Q. 4. Quid agendum Parocho, dum peste<sup>226.</sup>  
infectorum Confessiones sunt excipiendae? R. ante

omnia curare debet, ut si fieri possit, in loco ipsâ libero, seu aëre non infecto constitutus sit. Quamobrem ipsi etiam infirmi obligati sunt, ut è cubiculo, aut domo ad confitendum egrediantur, vel ad fenestram Parocho foris stante portentur, si id sinè gravi eorum incommodo fieri possit. Laym. P. 5. tr. 6. c. 13. n. 4. Proderit etiam, si pestis tempore fideles pro concione admoneantur, ut, qui sani sunt, ad sacram Confessionem maturè veniant in Ecclesia audiendi. Si infirmus egredi, vel loco moveri non possit; neque etiam tam alta voce confite-ri, ut è loco distante audiri queat, seu propter suam infirmitatem, seu propter simul decumbentes, in tali casu, communiter loquendo, accedere debet, & pœnitentes in secreto audire; si tamen timeat periculum contagionis, ut non audeat cum pœnitentibus diu morari, poterit eos rogare, ut statim dicant quædam graviora, aliis omissis. Idem frequenter est in bello ante confictum, uti & post, cum multi saucii adferuntur. Idem quoque est in naufragio. Quod si periculum adsit, nè plures simul ante confessionem materialiter integram moriantur, possunt formaliter integra confessione præmissa omnes insimul absolvi formula in plurali: *Absolvo vos à peccatis vestris.* Potest prætereà peste infectus, & cum aliis lecto

lecto affixus sua peccata, quæ scandalosa, & ad peccatum allicientia, non sunt, aliis audientibus confiteri; nè Confessario periculum contagionis afferatur, si propiùs accedere debeat. Potest itèm Confessarius talem hortari, ut clara voce dicat saltèm ea peccata, quæ sinè gravi sua infamia, aliòque detrimento dicere potest. Imò probabilis est sententia, talem pestiferum, ne Confessarium pluribus aliis necessarium afflet, ad id teneri ob ordinem charitatis, ut pœnitens minus detrimentum famæ suæ posthabeat majori detrimento vitæ, quam Confessarius facilè amissurus est, præsertim si alii post mortem Confessarii spirituali ope sint destituendi. Ita Laym. cit. Chapeavill. c. 3. q. 28.

### ARTICULUS III.

#### *De modo Pœnitentiæ Sacramentum fructuosè administrandi.*

227. **Q.** I. *Quid agendum, ut pœnitentiæ Sacramentum fructuosè administraretur?* R. curandum esse, ut pœnitens ad illud ritè disponatur; ipse verò Confessarius ea exactè exequatur, quæ officium Judicis, Doctoris, & Medici Spiritualis requirit. Pro quo necesse est, ut pœnitens in iis, quæ ad rectam dispositionem conferunt, instructus sit; ipse verò Confessarius ea accuratè noverit, quæ officium suum ab ipso requirit.

**Q. 2.** *Quid requiratur in pœnitente ad re-228.*

*Eam, & fructuosam dispositionem pro pœnitentia Sacramento? R.* 1. Est examen diligens Confessione permittendum. 2. Est dolor de peccatis. 3. Est propositum non peccandi de cætero. 4. Confiteri exactè. 5. Cum satisfactione prompta, & liberali mediorum à relapsu se præservandi notitia, & usus. Ad singula hæc declaranda utar potissimùm instructione Patris Pauli Segneri in compendium redacta, primùm ea propositurus, quæ Confessarium, dein quæ pœnitentem concernunt.

**Q. 3.** *Quæ requiritur notitia in Confessario, ut officio suo debite respondeat? R.* eam requiri, quâ Doctorem, Judicem, & Medicum pœnitentis exactè obire queat. De hac notitia sit.

**ARTICULUS IV.**

*De Examine à Pœnitente ante Confessionem instituendo.*

**Q. 1.** *Quid edocendus sit pœnitens, ut debite se 230.*

*examine, & conscientiam discutiatur? R.* inculcandum illi esse Confessiones ejusmodi, quæ scienter sine diligenti conscientia illustratione instituuntur, si peccatum aliquod omittatur, esse nullas, & perinde se habere, ac si scienter, ac datâ operâ peccatum omis- sum esset. Ut verò diligens examen esse censeatur, requirit Trid. applicationem talem, qualem viri prudentes in negotiis magni

*P. Herzig Man.*

**K**

**mo-**

momenti solent usurpare. Ex quo facilè colligitur minus examen requiri ab eo, qui sapius, majus ab eo, qui rarò confitetur. Minus etiam exigi à rudioribus, & hebetioribus, quàm à perspicacibus, & notitia majore excultis. Ad hæc in rudioribus diligentia suppleri poterit ab ipso Confessario per interrogationes.

231. Q. 2. *Quandonam maximè negligentia culpabilis in examinando soleat oboriri?* R. cum eodem Segneri de inst. pœnitentis c. 3. 1. Cùm non expenduntur rationes conscientia, 2. Cùm non ponderantur obligationes proprii statûs. 3. Quando non petitur, aut admittitur is, à quo consilium haberi potest. 4. Quando non supplicatur DEO pro interna illustratione. *Noluit intelligere, ut bene ageret.* Ps. 35. v. 4.

232. Q. 3. *Circa que potissimum ignorantiam hanc culpabilem evenire contingat?* R. 1. Circa necessaria scitu addiscenda, qualia sunt mysteria fidei, Sacramenta, modus confitendi. 2. Circa negligentiam in extirpandis prioribus consuetudinibus jurandi, blasphemandi &c. quæ velut nulla foret, ad illam explicandam obligatio negligi suevit, ac per consequens serium emendationis propositum communiter deest. 3. Circa dilectionem inimicorum, cui contrarius animus multis palliis obtegitur; cùm tamen identidem erumpat, v. g. non loquendo offendentibus, eos non salutando, aut resalutando, sinistrè de iis loquen-

loquendo &c. 4. Circa eleemosynam, in gravi necessitate proximi, ei non succurrendo. 5. In correctione fraterna, non tempestiva admonitione, delatione &c. errantes non retrahendo, aut mala proximi non impediendo, verso in oblivionem, quod dicit sapiens. Eccl. 17. v. 12. *Mandavit illis DEUS unisuique de proximo suo.* 6. Circa scandalum, aut studio, & directè intendendo alterum inducere in peccatum, aut saltèm indirectè pravò suò exemplò invitando. *Vt homini illi, per quem scandalum venit.* Matth. 18 v.7. Scandali hujus culpam præ reliquis incurrunt carnis vitio dediti, loquendo aut agendo, quæ proximo ad similia viam sternunt.

*Q. 4. Quæ peccata occulta manere possint in Sacerdote?* R. ea esse, quæ contingunt: 1. Negligendo requisitam literaturam. 2. Gestando habitum statui suo incompetentem. 3. Deproperando Sacrificium Missæ. 4. Majus suscipiendo stipendium, quàm Missas celebrare possit. 5. Retinendo personas populo suspectas. 6. Procurando per pecuniam beneficium. 7. Conversationi indecenti, & inhonestæ se immittendo. 8. Eleemosynam ex superfluis congruæ sustentationi denegando. 9. Curam alicujus Ecclesiæ non pascendi gregis causâ ambiendo, & suscipiendo. 10. Non curando munditiam in vestibus sacris, & templo 11. A Pastoralis cura longo tempore se absentando. 12. Rudes in Confessionibus non interrogando, &

pœnitentias levissimas ob gravia crimina injungendo. 13. Doctrinam Christianam, & modum bene obeundi Sacramenta subditis non docendo.

234. Q. 5. *Quæ peccata occulta manere soleant in Patribus familias?* R. ea esse, quæ contingunt uxores atrocius verbis exagitando, plagis onerando, veluti forent vilissima mancipia. 2. Lusu rem familiarem dissipando, unde liberi deberent sustentari. 3. Liberos ad doctrinam Christianam non mittendo. Domesticis non bono exemplo, sed morum potius pravitate præeundo. 5. Filias ad pravam conversationem spe eadem matrimonio elocandi mittendo. 6. Sponsiones matrimoniales rescindendo. 7. Famulos diebus festivis ad labores cogendo. 8. Iisdem famulis occasiones male agendi non præcindendo. 9. Eorum Christianam instructionem non procurando. 10. Pactionem cum illis initam non servando. 11. Creditoribus, cum fieri potest, non satisfaciendo. 12. Mercedem operariis inhibendo, & miseris difficiles se præbendo.

235. Q. 6. *Quæ peccata occulta manere soleant in negotiatoribus?* R. ea, quæ contingunt 1. Iis, qui illorum utuntur operâ, promissæ mercedis locò suas merces obtrudendo. 2. Merces corruptas fallaciter distrahendo. 3. Imperitis emptoribus merces supra justum pretium divendendo. 4. Pretium summum exigendo absque periculo lucri cessantis, aut

damni emergentis. 5. Merces à filiis, famulibus, aut talibus, quibus jus non est eas dividendi, comparando. 6. Etiam, cum rogantur, latens vitium in mercibus non manifestando. 7. Merces improbas probis commiscendo. 8. Pondere, & mensurâ iniquâ, utendo.

*Q. 7. Quæ peccata manere soleant occulta in aliis hominum statibus?* R. in tutoribus esse peccata, quæ contingunt cum rebus pupil-  
lorum negotiando absque legitima potestate, & cum dispendio. 2. In advocatis, quæ contingunt: injustas causas in defensionem suscipiendo, ne clientes edocendo. 3. In Judicibus munera acceptando, & eorum, qui munera non offerunt, causas negligendo, processus supprimendo, officium absque sufficienti doctrina gerendo. 4. In luforibus, quæ contingunt: peritiam artis luforiæ simulando, tempus animæ debitum lusu perdendo, cum damno familiæ, offensione uxorum ludendo, filiis familias colludendo, eorúmque furtis connivendo. 5. In Jue-  
nibus, quæ contingunt: turpi amori se penitus mancipando, verba obscena, desideria, tactus, dummodo actus non exerceatur, pro nihilo habendo, libidinem effrœnatam specie consuetudinis, amoris, fallendi temporis, oblectandi animi, palliando.

*Q. 8. Quando cogitationes censenda sint peccaminosæ?* R. cogitationes, quæ voluntatem non occupant, id est: quibus voluntas non

consentit, quasque non amplectitur, tentationes solum esse, & præmium potius ob voluntatem repugnantem mereri, quam prænam. Contrarium est, si illis voluntas consentiat, easque amplectatur; quod duplici modo evenire solet. 1. *Desiderio*, quando voluntas efficaciter desiderat, & decernit malæ cogitationis executionem, ut si quis inimicum conspectum desideret interimere, 2. *Complacentia*, cum voluntas non quidem petit opere ipso exequi, quod propositum est: sed se se eodem oblectat, & ex prohibito objecto quandam concipit voluptatem: ut cum quis inimicum suum ab alio occisum intelligit, ac sibi in morte illius complacet. *Delectatio hæc morosa* nuncupatur, quod voluntas consentiens moram illi voluntariam tribuat. Extendit se autem tam ad peccata præterita, quam futura, repræsentatque tam, quæ esse possunt, quam quæ esse non possunt. Ex his delapsus est ad verba, à verbis ad opera. Valet contra illos Catholica Poëtæ Ethnici regula: *Principiis obsta.*

238. Q. 9. *Quæ Methodus in examine adhibenda, ut delicta facile occurrant?* R. Consideranda sunt præcepta omnia per ordinem, reflectendo super tempus, locum, personas, in, & cum quibus usque ad hanc confessionem egisti. In præceptis autem singulis perpendendum: quid peccaveris cogitatione? quid verbo? quid opere?



## ARTICULUS V.

## De Dolore in pœnitente requisito.

Q. 1. *Qualis dolor in pœnitente requiratur?* 239.

R. doloris hujus nomine non intelligi dolorem sensibilem, lachrymis, & suspiriis conjunctum, sed detestationem, quâ voluntas peccata odit, & execratur, vellétque nunquam perpetrata, ac decernit posthac non amplius committere; tametsi detestatio ista, cum fervens est, facilè sensus quoque occupet, & ad planctum permoveat. Est verò duplex hic *dolor*, unus *perfectus*, qui appellatur *contritio*, procedens videlicet ex motivo summæ Divinæ Bonitatis per peccatum offensæ; alter *imperfectus*, qui vocatur *attritio* ex metu pœnarum improbis intentatarum, vel spe bonorum justis promissorum conceptus.

Q. 2. *De quo hominum genere maximè timendum, nè post debitum examen doloris sufficientis defectum patiantur?* R. genus horum esse duplex, unum est eorum, qui in peccatis gloriantur, ac quasi per risum operantur peccatum, lætantur cum male fecerint, exultantque in rebus pessimis. Quis enim sibi persuadeat hilaritatem tantam usu altè impressam postea repentè permutari posse pœnitentis dolore, illudque momento velut monstrum abominari, quod paulò antè instar catelli gremio blandissimè fovebatur, & educabatur. Alterum genus est illorum, qui ex fiducia

peccârunt facilius, & liberius, quiq;e, cùm peccârunt, dicere solent: jam confitebor, salva res est, si fuero confessus: tales enim clarè ostendunt, se non apprehendere necessitatem doloris, sed judicare satis se facere, si Confessario sua errata percenseant; alioquin stultum foret dicere: committam peccatum istud, & postea dolens confitebor. Quis enim prudens velit proponere, cujus ipsum deinde pœniteat. Præterquam quòd pravi habitus difficulter vincantur, & talibus in pœnam Divinum auxilium tunc sæpius subtrahatur.

241. Q. 3. *Quis modus dolorem verum eliciendi?*

R. 1. Est, quod pro hoc conducit, humili-  
mè sibi à DEI bonitate deprecari hoc dolo-  
ris beneficium, quod ipsum solo donante  
possidemus. 2. Est ponderare incitamenta,  
seu motiva, quibus animus excitatur ad  
pœnitendum, quod fieri potest consideran-  
do DEI Bonitatem infinito amore dignam,  
immensam Pulchritudinem amore infinito  
amabilem, infinitam Sapientiam omnia  
scientem, Omnipotentiam omnia poten-  
tem, infinitam Immensitatem omnibus præ-  
sentem, Providentiam infinitam, ut circa  
omnia, ita præsertim circa te, liberalem.  
3. Dispiciendo: quomodo hæc summa Bo-  
nitas te sine merito tuo ullo ab æterno ama-  
verit; te creare decreverit, innumeris aliis  
prætermiſſis; tibi corpus elargita sit omni-  
bus instructum sensibus, animam ornatam  
poten-

potentiis; de alimentis, vestitu, habitatione, servitióque creaturarum tibi prospexerit, quoad usum, & oblectationem; ex periculis, & damnis te eripuerit; Angelum lateri tuo adhærentem constituerit; ac plura alia beneficia tibi incognita, quæ in singula momenta continuat. Itèm quòd te nasci fecerit inter Christianos; toties ad Sacramenta admiserit; conversionem tuam expectaverit; multis minùs peccantibus ad inferos detrusit. 3. Est perpendere, quòd divina hæc Bonitas pro te, & amore tui homo facta, exhaustâ laboribus, & ærumnis, vitâ tui pariter amore mortem oppetierit; moriens infiniti thesauri meritorum te hæredem instituerit; ac demum in amoris complementum se ipsum in sacratissimo Eucharistiæ Sacramento tibi tradiderit. His, & aliis, ponderatis juvat asferre vicissim, quæ tu ingrattissimus reddideris, peccata videlicet ut gravia, ita scæda, & ab omni creatura vindicanda. Plurimum ad eliciendum facilè in Confessione contritionis actum conferet se quotidie in eo eliciendo manè saltèm, & vespere exercere.

*Q. 4. Quid agendum, si stimuli isti nec dum  
penetrent? nec cordis duritiem expugnent? R.  
constituendæ sunt ob oculos, flammæ illæ  
æternæ, quæ non alio nutriuntur pabulo,  
quàm peccatis, quibus excruciantur po-  
tentia, & sensus omnes; quæ incipient se-  
mel, finientur nunquam, sinè omni fomen-*

to, sinè omni solatio; juvabit hic per singula hujus mundi tormenta graviora discurrere, & illa cum æternis comparare, velut nempe aliquid leve, & momentaneum ad grave, & æternum.

### ARTICULUS VI.

#### De proposito Pœnitenti necessario.

243. **Q.** I. *Quale propositum requiratur in pœnitente?*  
 R. debere esse efficax, id est, tale, quo voluntas omnino velit vitare peccata, & ad ea vitanda media conducentia adhibere. Quod exinde desumi potest, si voluntas ita sit constituta, ut nullo tempore, aut occasione, nec ullius emolumenti spe, aut damni timore graviter velit DEUM offendere. Aliqui sic explicant: quòd voluntas sic fortis, firma, & efficax esse debeat, sicut est illa, quam quis habet nunquam hauriendi poculum veneno mistum, aut se ex alto præcipitandi: aut quam habet miles priùs vitam, quàm stationem suam deserendi. Ex quo patet insufficiens esse propositum illorum, qui dicunt: *emendabo me, si potuero; velle, & cuperem me emendare*: hæc enim solùm est velleitas non voluntas, qualem habet piger, qui *vult, & non vult*. Ratio autem est: quia propositum tale inefficax non excludit voluntatem peccandi, quod Concilia requirunt. Ob quam causam etiam respectu venialium efficax propositum requiritur ita, ut saltèm

Item unum veniale efficaciter excludat. Quod autem respectu mortalium omnia semper excludere debeat, ratio est: quia sine hoc pœnitens non est ritè dispositus, sicut est cum proposito non universali respectu venialium; cùm propositum non universale peccandi mortaliter stet cum affectu erga aliud mortale. Sufficere autem implicitum propositum in dolore passim docetur; in praxi tamen semper explicitum est iudicandum.

Q. 2. *Quid si autem pœnitens propositum eliciat, cogitans se tamen in peccatum rursus lapsurum?* R. id non obstare efficacix propositi: cogitatio enim hæc actus est intellectus, non voluntatis. Conveniens autem tunc est mentem in Divinorum auxiliorum pro evitando imposterum peccato conferendorum spem erigere, quibus auxiliis in opus deduci potest, quod humanis viribus impossibile videtur. *Omnia possum in eo, qui me confortat,* dicebat Paulus ad Philipp. 4. v. 13.

Q. 3. *An relapsus in peccata argumentum sit evidens propositum non fuisse verum?* R. negativè: fragilitas enim humana sæpe, quod firmiter propositum est, facit non servari. Nilominus magnum inefficacix sit indicium, cùm nulla illius sequitur emendatio, imò nec remedium adhibetur. Veræ, ac efficacis voluntatis testimonium est, convenientis medicinæ usus, & applicatio: qui enim verè rem aliquam desiderat, mox rationem  
ejus

ejus consequendæ circumspicit; aviculas capturus retia parat. Econtrà testimonium inefficacis voluntatis est remediorum neglectus. Instantia desumitur ex rebus humanis, quas seridè, & efficaciter non censemur velle, si media pro illis negligamus.

246. Q. 4. *An propositum etiam se extendere debeat ad peccatorum occasiones, & pericula proxima, seu illa, in quibus à potiori inciditur in peccatum?* R. affirmativè: quia sinè tali proposito pœnitens non est dispositus ad gratiam Sacramenti; cùm retineat affectum ad peccatum, consequenter actu peccet, amando proximum peccandi periculum. Occasiones remotæ, quamvis non cadant sub præceptum, cadunt tamen sub salutare consilium; *qui enim cavet laqueos, securus erit.* Prov. II. V. 15.

247. Q. 5. *Quid faciendum, si occasio proxima sinè gravi damno temporali vitari non possit?* R. tunc ex occasione proxima faciendam esse remotam; ut si persona, cui commoraris, occasio proxima sit luxuriæ, & separatus grave fortunarum, aut famæ, dispendium subire debeas, fac, ut ab ea abstraharis, non commoreris solitarius, nec oculos in eam defigas; precibus à cœlo vires follicites, pœnitentiis propensiones infringas &c. Si hæc omnia non profint, deserenda est etiam cum certo vitæ periculo: si enim pestem fugeres corpus certò enecaturam; quomodo non fugienda sit pestis mortem animæ allatura?

## ARTICULUS VII.

## De Confessione.

**Q.** 1. *Quam primam curam habere oporteat* 248.  
*pœnitentem respectu Confessionis?* R. pri-  
 mam curam esse decet in eligendo apto  
 Confessario. Improbis Confessarius salu-  
 tariter prospicere facillè negligit, imperitus  
 providere nescit. Peritus medicus quæri-  
 tur corpori, cur non & animæ? Confessarius  
 munus sustinet Judicis, Medici, & Docto-  
 ris. Hoc munus integritatem vitæ exigit,  
 & sufficientem scientiam. Defectus probi-  
 tatis, & peritiæ, in Confessario illud post se  
 trahere solet damnum, quod Salvator innuit  
 Matth. 15. v. 14. *si cæcus cæco ducatum præser,*  
*ambo in foveam cadunt.*

**Q.** 2. *Quæ conditiones ad bonam confessionem* 249.  
*requirantur?* R. 1. Est, ut confessio sit *humilis;*  
 consistit autem humilitas ista non solum in  
 reverentia interna, & externa, sed etiam in  
 modo confitendi humili, & sinè excusatio-  
 nibus. Accusator est confitens, non excusa-  
 tor. Multò minùs culpa in alios rejicienda  
 est, eorùmque errata detegenda, quo non-  
 nunquam honor proximi insigniter dimi-  
 nuitur. Fatendum potiùs sincero corde:  
*ego sum, qui peccavi: ego iniquè egi.* 1. Regum  
 24. v. 17. Eadem humilitas exercenda humi-  
 liter tacendo, dum Confessarius reprehendit,  
 2. Conditio est, ut sit *integra;* consistit  
 hæc integritas in confitendo peccata omnia,  
 quæ

quæ per diligens examen memoriæ occurrunt, idque tum quoad numerum saltèm verisimilem, tum quoad peccatorum speciem, ac circumstantias speciem mutant. De his

250. Q. 3. *Quanam circumstantia speciem mutant? ac per consequens explicande sint?* R. regulam in praxi esse hanc: illæ circumstantiæ mutant speciem, per quas aliquis peccat cum *explicita* tendentia contra diversas virtutes. Sic qui hostem occidit extra templum, unum specie habet peccatum contra charitatem proximi; qui verò occidit in templo, addit novam speciem; quia simul peccat contra religionem. Quòd si duo peccata eidem virtuti opponantur, quemadmodum prodigalitas, & avaritia, opponuntur liberalitati, desumenda est speciei diversitas à difformitate actûs speciei diversa, seu à tendentia speciei diversa.

251. Q. 4. *Quid agendum penitenti si regula hac penetrari nequeat?* R. optimum tunc consilium esse, ut revelet omnia ea, quæ juxta dictamen rationis videntur novam deformitatem superaddere peccato, ac ita quietus sit. Accedit quòd Confessarius facilè supplebit ignorantiam interrogando. Nec DEUS facienti, quod est in se, auxilio suo deerit. Cœterùm cura has exprimendi circumstantias in nullo genere peccati major habenda est, quàm in Carnali, ubi diversi status peccantium diversam quoque malitiam annexam



xam habent. Hinc oportet explicare si ne  
 persona, quæ peccavit, & cum qua peccat-  
 um est, soluta, vel conjugata? an sanguine,  
 vel affinitate juncta? nullane præcesserit co-  
 gnatio spiritualis? an voto castitatis sit ob-  
 stricta? &c.

Q. 5. An etiam explicanda sit duratio pecca-  
 ti, assueudo, & alia circumstantia aggravantes? 252.  
 R. licet probabilior videatur ad id obligatio-  
 nem non esse; salutare tamen consilium est,  
 eas non tantum Confessario interroganti  
 sincere, & candidè aperire, sed etiam non  
 interroganti eodem candore, & sinceritate  
 manifestare; ut tantò melius de medicina  
 congrua prospiciatur. Si æger morbo lon-  
 giore laborat, non contentus est dicere  
 medico: Domine hac noctè malè habui;  
 sed addit insuper, tot jam mensibus ægrè  
 valeo.

Q. 6. Quas adhuc conditiones requirat bona  
 Confessio? R. præter duas assignatas, sequen-  
 tes adhuc assignari: 1. Ut sit *simplex*, id est,  
 omittantur superflua, & impertinentia.  
 2. Ut sit *pura*, id est, ut fiat cum recta inten-  
 tione. 3. Ut sit *fidelis*, hoc est, ut fiat sine  
 mendacio. 4. Ut sit *clara*, hoc est, non pal-  
 lietur seu peccatum, seu numerus, & species  
 peccati. 5. Ut sit *discreta*, & *prudens*, ut, quod  
 jam dictum, quæratur Confessarius aptus;  
 memo accusetur; majora peccata dicantur  
 prius; à cogitationibus fiat processus ad  
 verba, à verbis ad opera. 6. Ut sit *vere-*  
*cunda*,

*cunda*, id est, ut fiat verbis honestis, nec per modum jactantiæ. 7. Ut sit *vocalis*, id est, ut fiat voce, non scripto, nec alio signo, nisi necessitas excuset. 8. Ut sit *secreta*, id est, ut voce fiat solum ad aures Confessarii. 9. Ut sit *lachrymabilis*, id est, ut fiat cum sincero dolore, & proposito, de quo actum supra. 10. Ut sit *accelerata*, id est, ut non diu differatur. 11. Ut sit *fortis*, id est, ut propter verecundiam veritas non tegatur, nec omitatur integritas. 12. *Parere parata*, id est, ut pœnitens paratus sit obedire Confessario tum in acceptanda pœnitentia, tum in exequendis remediis, quæ suggererit.

254. Q. 7. *Quid agendum post Confessionem?* R. consultum esse, ut pœnitens Confessione peracta recedat tantisper in aliquem templi angulum, & sincero corde DEO gratias agat; disponat se ad impositam pœnitentiam exequendam, & quidem mox, ubi poterit, eam impleat. Quo fiet, ut tantò amplius meritoria sit, utpote in statu gratiæ persoluta. Salutare etiam est à Confessario petere sibi pœnitentiam majorem injungi: opera enim hoc nomine præscripta, & perfecta, plùs sunt satisfactoria, & meritoria, quàm illa, quæ proprio arbitrio suscipiuntur. Quòd si majorem pœnitentiam non expetat, contentus non sit pœnitentia levi injuncta, sed auctarium ultro adjiciat *jejunio*, quo nomine quævis corporis, castigatio; *elemosinâ*, quo nomine veniunt omnia misericordiarum opera;

opera; *oratione*, quæ involvit omnes actus ad cultum DEI directos.

*ARTICULUS VIII.*

*De remediis contra relapsum.*

**Q. 1.** *Quod primum sit remedium non relapsi in peccata commissa?* R. id situm esse in usu frequentiore SS. Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentorum: frequentius enim confitens, ne eadem peccata semper afferat, verecundia salutarî à peccando retinetur; sincero dolore, & proposito viam peccato obstruit; & media ampliora, & ampliora nanciscitur, quibus ea evitet; Eucharistiæ verò Sacramento utens, Corpore Christi & Sanguine contra relapsum roboratur.

**Q. 2.** *Quid præter usum SS. horum Sacramentorum salutariter agendum?* R. orandum est, & vigilandum conformiter Christi monito Matth. 26. v. 41. sic enim non intratur, id est, non succumbitur tentationibus. Oratione debitè instituta quod petit, accipit. Qui proinde in relapsûs periculo constitutus est, quotidie certas ardentis preces ad DEUM, & ad sanctos, præsertim Beatissimam DEI Matrem profundat. Non negabit Filius, quod per dilectissimam Matrem à se petitur.

**Q. 3.** *Quid nomine vigilantie intelligendum veniat?* R. per vigilantiam intelligi.

P. Herzig Man.

L

1. occasionum

fionum fugam: *qui amat periculum, in illo peribit.* Eccl. 3. v. 27. Occasiones tales sunt conversationes suspectæ, consortia dissolutorum, oculorum licentia, inverecunda colloquia &c. 2. Intelligitur memoria novissimorum: *memorare novissima tua, & in aeternum non peccabis.* Eccl. 7. v. 40. Quis enim peccare præsumet viva persuasus fide sibi esse moriendum, ac post mortem subeundum iudicium; si peccet, ac in peccato moriatur, manere se damnationem æternam, hoc est pro momento voluptatis tormentorum inexplicabilem aeternitatem? 3. Nominè *vigilantiæ* venit seria consideratio gravitatis peccati, tum in se ipso, tum in circumstantiis, & fructibus ex eo sequi solitis.

258. Q. 4. *Ex quo peccati gravitas dignosci queat?*  
 R. 1. Colligi posse ex eo, quod sit DEI injuria, & quædam prælatio, quâ dæmon voluptatem offerens, DEI infinitæ bonitati præfertur, contemnitur sanguis, & mors Christi, spernitur DEUS universorum Dominus, Finis ultimus, Creator, Judex, Amicus, Pater optimus, vilipenditur DEI Misericordia, Bonitas, Omnipotentia, Justitia, Providentia. Hinc justa sprete à peccatore Deitatis querela apud Isaiam c. 1. v. 2. *filios enutrivit, & exaltavi; ipsi autem spreverunt me.* Movere amplius potest, quòd peccatum ab homine Christiano, tot tantisque beneficiis affecto, in ipso summi DEI conspectu perpetretur, idque ob causam levissimam, lucrum

lucrum permodicum. *Violabant me propter gurgillum hordei, & fragmen panis.* Ezech. c. 13. v. 19. imò solo solius cæcæ voluntatis stimulo.

*Odio habuerunt me gratis.* Joan 15. v. 25.

**Q. 5.** *Qui fructus, & effectus sint noxa leitha 259.*  
*lis?* R. hos ad septem capita revocari posse.  
1. Est Divinæ gratiæ amissio adeò pretiosæ, ut ejus redimendæ gratiâ Filius DEI proprium expenderit sanguinem. 2. Est privatio juris Fili DEI; & degeneratio in filium diaboli. 3. Privatio hæreditatis Cœlestis, Monarchias omnes infinites excedentis. 4. Privatio omnium meritorum anteaçto tempore collectorum. 5. Destitutio singularis Divinæ protectionis. 6. Reatus æternæ damnationis ad inferos. 7. Ejusdem damnationis æterna perpessio, si peccator in peccato decedat. Horrenda damnatis vox: *æternitas.*

ARTICULUS IX.

*De fructu tum frequentis, tum Generalis Confessionis.*

**Q.** 1. *Quis fructus frequentis Confessionis?* R. 260.  
1. Est, quòd per eam semper magis, & magis remittantur pœnæ peccatis debitæ, aliàs in purgatorio sustinendæ: ubi supplicio ignis exsolvitur, quod pœnitentiâ non fuit expiatum. 2. Est, quòd frequens Confessio habitus prapos, veluti arbores sæpius transplantatas, non sinit altas in sinu cordis radi-

ces agere, & si quas inchoatas invenit, eas sensim evellat. 3. Est, quod dæmonis frangat audaciam, retundat arma, robur enervet, & stabilem illi in anima sedem denegat. 4. Est, quod frequenti Confessione comparetur facilitas examinandæ conscientia, & securitas præstetur diligentia, quæ exigitur, adhibitæ. 5. Est, quod sæpe confitens, tametsi gravis alicujus peccati maculam contrahat, majorem temporis partem vivat in gratia DEI, atque sic plura vitæ æternæ opera meritoria colligat. 6. Est, quod munitus DEI gratiâ mortis telum, securus beatitudinis, excipiat.

261. Q. 2. *Quando necesse sit generalem Confessionem instituere?* R. 1. Quando notabilis in examinanda conscientia commissa est negligentia. 2. Quando ex verecundia grave aliquod peccatum celatum est, aut ex dubio: cûsæne ex gravioribus? quod evenire solet in iis, qui pudore tanguntur ob peccata juventutis; ex hoc ipso tamen pudore, aut timore ea supprimunt. 3. Quando verus de peccatis dolor non est elicitus, tametsi Confessio integra sit facta. 4. Quando requisitum defuit propositum.

262. Q. 3. *Quando circa necessitatem salubriter Confessio eadem peragatur?* R. salubre esse saltem semel anteaactam vitam illa integrè lustrare, ac dein per certa intervalla temporis, velut post unum anni spatium ducto initio à proxima peragere.

**Q. 4.** *Quis generalis Confessionis fructus?* 263.

**R. 1.** Est, quod, cum sub unum conspectum statuuntur labe omnes, & maculae, major consequatur confusio, & erubescencia, fortiorique animus compungatur aculeo. 2. Est, quod timor Divinae justitiae vehementior augeatur, cum recentia debita praeteritis aggesta veluti in immensum acervum excrevisse conspiciuntur. 3. Est conscientiae tranquillitas, felicitas profecto inestimabilis! relicto alioqui perpetuo remorsu, ac dubio; nec sine fundamento, praesertim, si crebri relapsus ex defectu debitae ad Confessionem dispositionis provenerunt. 4. Est, quod per eam constituatur perfacile nova vivendi ratio; expectetur intrepidè mortis adventus; perveniatur in notitiam abditorum scelerum. 5. Denique est, ingens animae consolatio. Scrupulosis tamen, praesertim in vitiis carnis, nequaquam frequentior est suadenda, si quae inclinatio necdum esset extincta.

**ARTICULUS X.**

*De notitia Confessarii ad Judicis officio.  
rite fungendum.*

**Q. 1.** *Quae scientia Confessario sufficiens sit ad  
recte in Poenitentia foro judicandum?* 264.  
eam saltèm scientiam sufficere, quae sit com-  
mesurata illorum conditioni, quorum gu-  
bernat conscientias, Suar. de Poen. Disp. 28.

Sect. 2. n. 14. Unde qui agrestium in pago audit Confessiones, tantâ non indiget doctrinâ, quantâ opus habet is, qui in civitate hoc fungitur munere, & tribunal conscendit, ubi difficiliore aguntur causæ.

265. Q. 2. Quoruplex sit scientia in Confessario requisita? R. duplicem esse: alia enim est *universalis*, quæ appellatur *scientia juris*, alia *particularis*, quæ dicitur *scientia facti*. Ad primum genus pertinet scire saltèm hæc septem: 1. Est, quantum se cujusque extendat jurisdictio: tum nè citra licentiam, aut privilegium aliquem absolvat, nisi subditum; tum nè in eas noxas sibi arroget potestatem, quæ ad alterum spectant tribunal. Unde cognitos habere oportet casus reservatos, ac censuras, saltèm quæ frequentius solent occurrere. 2. Est scire discernere inter lepram, & lepram, hoc est mortalia à venialibus, & qualia sint ex genere suo. 3. Est dijudicare posse circumstantias peccatorum aggravantes, imminuentes, speciem mutantem, uti & numericam diversitatem. 4. Scire, ubi facienda sit restitutio seu famæ, seu bonorum fortunæ: 5. Quæ sit occasio proxima peccandi, & quando quis teneatur eam evitare? 6. Quis, & qualis dolor necessarius sit pœnitenti ad obtinendam gratiam Sacramentalem. 7. Quæ forma observanda absolutionis, & quænam remedia præscribenda adversùs peccata saltèm communia?



*Q. 3. Præstârne in iudicio hoc Sacramentali* 266.  
*benigniores sequi sententias ? an potius rigidiores?*

*R.* Quas adhibere conveniat ex pœnitentis constitutione desumendum esse : quando enim benignæ opiniones pœnitentem quasi manuducunt ad legis observationem, accommodet se iis Confessarius, at cum per eas difficulter præcepto satisfieri poterit, nolit eas amplecti, aut suadere ; ne pœnitentem in malo quodammodo consopire videatur. Cæterum licitum esse censent viri prudentes benigna uti interpretatione cum Doctõribus Classicis circa præcepta positiva, non autem fas esse eam adhibere in naturalibus præceptis, præsertim quæ carnis concupiscentiam frœnant.

*Q. 4. Quæ pertineant ad secundum scien* 267.  
*tia genus ?* *R.* huc spectare illa, quæ juvant

ad pœnitentem utiliter interrogandum. Verum quidem est, quod Confessarii officium non sit pœnitentem interrogare, sed audire. Sot. 4. dist. 18. q. 2. a. 4. cum in hoc tribunali absolvatur is, qui crimen fatetur : quia tamen pœnitentis verecundia, exigua examinis, doloris, atque propositi præmissa dispositio sæpissimè Confessarium cogunt interrogandi onus in se suscipere, à quo ipsum aliàs liberum esse conveniret, cum Soto docet Lugo de Pœn. disp. 22. Sect. 2. Suar. disp. 32. Sect. 3. Henr. Laym. &c. ut iudicium rite procedat oportere Confessarium sæpenumero rei partes

agere interrogando ea, quæ reus explicare deberet.

268. Q. 5. *Quæ peccantium classes questionibus specialiter sint iuvanda?* R. Una eorum classis est, qui muti sunt, & cæci, sed cæcitate plerumque voluntaria, quia debitam non adhibent diligentiam, quâ illam excutiant. Altera classis est eorum, qui muti sunt & surdi, qui veritatem premunt ex malitia. Cum primis mediâ procedendum est viâ, ut Confessarius examinandi curâ non desit; neque etiam minutias omnes disquirat. Lugo de Pœn. disp. 16. Sect. 14. Regula universalis est; si quispiam ad confessionale accedat, qui noscitur semper accuratus, tum in perquirendis, tum in exponendis peccatis, opus non est, ut pluribus torqueatur. Sor. 1. cit. sed examinis loco finita Confessione tempus potius impendatur salutaribus documentis. Si verò è contrario alius occurrat incurius, ac negligens, eum tenebitur majore studio examinare Confessarius. Perez de Pœn. 4. c. 4. Lugo, 1. cit.

269. Q. 6. *Quomodo interrogandus homo agrestis, & rudis minus preparatus?* R. adhibendæ sunt appositæ illius statui quæstiones, & itâ elicienda illius delicta unâ cum numero, & specie, atque circumstantiis, quæ regula etiam respectu aliorum servire potest. Lugo 1. cit. Vasquez de pœn. q. 3. a. 3. dubio 7. Quòd si aliquorum rationes itâ confusæ inveniantur, ut quærendo gradus diligentiaè obti-

obtaineri nequeat, quâ ipse explicare teneatur, remittatur, dum melius disponatur. Porro in numero exquirendo ( qui labor omnino molestissimus est ) si aliter fieri nequeat, non est, cur se affligat Confessarius; cum certus sciri non potest, sufficit probabilis. Perquirendum itaque est in genere tempus, quo peccato cuiusdam pœnitens talis deditus fuit; sciscitandum quoties per mensem, aut hebdomadam peccare consueverit? imò circa quosdam actus internos, quales sunt odii, luxuriæ &c. ordinariè nihil attinet in longioribus Confessionibus ità rigidè frequentiam examinare. Vasquez de Pœn. q. 91. a. 1. dub. 1. quia plerumque explicari non potest absque periculo errandi sive per excessum, sive per defectum; sed erit satis habere rationem temporis, quanto quis in discordia vixerit, vel mulieri fuerit familiaris &c. Præteritas quoque Confessiones non oportet curiosius investigare, atque earum repetitionem urgere, nisi compertum sit de manifesto errore: *in dubio enim quemadmodum juris periti loquuntur semper est præsumendum in favorem actus, quod sit validus.* Et hæc valent, tametsi pœnitens ob exiguam perspicaciam numerum in præteritis confessionibus non nisi confusè indicasset, Perez l. cit. Lugo cit. disp. 16. Sect. 14. In interrogando demum circa materiam luxuriæ parcum esse oportet, & gravem Confessarium; ac ideò curanda est verborum

modestia, quamvis subinde circumstantia maneret tecta. Laym. de Pœn. c. 13. Co- ninck. de Sacram. disp. 8. dubio 17. Exquiratur species sceleris non modus, & si hunc declarare vellet Pœnitens suaviter moneatur id necessarium non esse.

270. Q. 7. *Quomodo agendum cum iis, qui muni sunt, & surdi, id est, qui non ex ignorantia, sed malitia crimina occultant?* R. apud tales parvum foramen laxius reddetur à Confessario, id est: audita culpa minore sensim descendendum ad majores. In exemplo: Confiteretur juvenis aliquis accusans se, quòd in templo tractaverit amores, liberiores miscuerit sermones, oculis majorem concesserit evagandi licentiam, nihil aliud superaddens. Auditis his oportet dextre à verbis, & aspectibus progredi, & elicere cogitationes obscœnas, ex his procedere ad consensum, hinc ad opera ipsa impura secummet ipso, an cum aliis perpetrata, inchoata, completa? quod ut prudenter fiat, imploranda est Divini luminis gratia. Saluberrimæ sunt interrogationes, quæ ad eò dextræ institutæ sunt, ut pœnitenti aliud responderi necesse non sit, quàm: *ità Pater, non Pater*. Porrò sub ipsam Confessionem nullum signum edendum est, ex quo Confessario supra modum gravia videri peccata pœnitens colligat; unde non suspiret, non huc, & illuc se vertat, non properet &c. imò dicendum longè graviora audita esse, nec eum esse primum, qui

alia confiteatur. In numero exquirendo assumendus, qui verisimilius videtur esse major; ut pœnitens potiùs habeat, quod detrahat, vel certè non nisi modicum adjiciat. Denique summè cavendum, nè citra urgentem causam aliqui amendantur sub prætextu, quòd relegendæ iis essent multorum annorum Confessiones: experientia enim docet, quòd plerique tales vel examen negligent, aut instituere debità non possint, aut simpliciter non redeant. Ferae vulneratae, nec stratae, semper sunt fugaciores.

Q. 8. *Sed quid si tales adveniant in extraordinario pœnitentium concursu, quo ob temporis angustiam sufficienter examinari non possunt? R. vel adest in iis confitendi necessitas? vel non? si non adest suaviter iis exponatur: plus temporis exigi pro hoc negotio ad debitum conscientiae solatium, nomineturque dies, quo redeant. Si verò necessitas, seu impossibilitas physica, aut moralis, adest, ut si confessio omitti nequeat ob scandalum, vel admirationem; disponantur ad contritionis actum; si hoc fieri non possit, exigantur peccata graviora pro temporis brevitate, ac tum securè absolvantur, hac lege: ut in proxima Confessione dicantur, quæ modò fuerunt omissa. Rodriq. in summa c. 26. Necessarium etiam hoc est remedium, cum ad infirmum acceditur, atque in eo statu offenditur, ut multarum sacrilegè peractarum Confessionum repetitione indigeat; quæ tamen*

men fieri non potest, sive ne morbus exasperetur, sive ne periculo infamiae infirmus exponatur. Zambran. de Pœn. c. 4. dub. 6.

## ARTICULUS XI.

### De Pœnitentiarum impositione.

272. Q. 1. *Qua regula servanda in pœnitentis imponendis?* R. postquam antiquorum Canonum taxa immutata est, tutissimam nunc regulam esse: tam gravem imponere, quam gravis imponi potest sine periculo, ne pœnitens horrorem, & aversionem concipiat tam à sacerdote, quam à Sacramento, & negligat præscripta. Ratio est: ut tantum satisfiat Divinæ Justitiæ per temporalem pœnam, quantum potest.

273. Q. 2. *Quandonam levior injungi possit pœnitentia?* R. leviozem injungi posse 1. quando pœnitens advertitur contritus. Tolet. l. 3. c. 11. Laym. de Sacram. Pœn. c. 15. n. 12. Ratio est: quia sic minorem habet reatum pœnæ. 2. Quando pœnitens vel fervore, vel viribus, est debilior. Sotus in 4. Dist. 20. q. 2. a. 3. Laym. cit. Ratio est: quia minus potest portare. Addi tamen potest admonitio, pœnam in purgatorio esse diluendam. 3. Tempore Jubilæi, vel alterius Indulgentiæ plenariæ. Laym. cit. Ratio est: quia tunc non cogitur pœnitens nisi leviozem acceptare, quæ se habeat per modum medicinæ. 4. Pro-

4. Propter infirmitatem, in quo tamen casu pœnitentiam injungi debere censet idem Laym. præstandam ab infirmo, si convaluerit. Si verò desperata salus sit, ut plus à morituro præstari non possit, expedit ei saltem hoc imponere, ut JESU nomen ore proferat, vel si id non possit, mente concipiat; deinde moneatur, ut pœnitentiæ loco ipsam infirmitatem, & mortem impendentem DEO offerat in satisfactionem pro peccatis, eleemosynas largiatur, Sacrificia celebrari faciat &c. nunquam autem decet circumstantibus dicere, ut gravem pœnitentiam, quam moriturus persolvere non potest, ipsi pro eo expleant; hæc enim esset aliqua sigilli violatio. Ità Laym. cit.

Q. 3. *Quæ opera in pœnitentiam sunt imponenda?* R. ad alleviandam pœnitentiam 274. prodesse injunctionem operum aliàs debitorum, ut sunt: Missa diebus festis audienda, jejunium tempore quadragesimali, opera ad indulgentias requisita &c. Plurimum autem conducet respicere finem, adeoque ejus generis actiones præscribere, quæ non solum satisfaciant pro noxis præteritis, sed etiam præservent à futuris, & quæ quantò minùs habent asperitatis, tantò plùs contineant salubritatis. Tales sunt aliquo tempore quotidie pium librum lectitare, aliquoties audire cõcionem, visitare templa, frequentare S. Synaxim per aliquot menses, vesperino examine lustrare conscientiam, supra se-

sepulchrum preces fundere, abstinere à cer-  
to socio, nomen dare sodalitati &c.

275. Q. 4. Quo numero actiones tales oporteat de-  
finiri? R. actiones has ferè pari numero esse  
definiendas, ità ut quinque jejuniis respon-  
deant quinque communiones, & sic de re-  
liquis, ut tantò faciliùs pœnitens recorde-  
tur. Cæterùm pœnitentiam talem injungi  
convenit, quæ non nimis diu duret, aliquan-  
to tamen tempore: quia actus repititi, ha-  
bitus malos fortiùs expugnant, foveturque  
concepta peccatorum detestatio.

276. Q. 5. Quid maximè condiat pœnitentiarum  
acerbitatem? R. Verborum suavitas; ut si  
petatur à pœnitente: an promptè libenter-  
que pœnitentiam suscipiat, & faciliè sit im-  
pleturus; ut, si aliter constitutus sit, onus  
alleviari possit, vel si remittenda non vi-  
deatur pœnitentia, adstringatur solùm ad  
illam sub veniali culpa. Suar. de Pœn. disp.  
38. Sect. 7.

## ARTICULUS XII.

*De absolutione vel impertienda, vel  
neganda.*

277. Q. 1. Quid requiratur in Confessario ad validam  
absolutionem? R. requiri duo: ordinem  
videlicet, & jurisdictionem. Patet ex dictis  
suprà. Quare si pœnitens sit innodatus casu  
reservato, eum absolvere non potest; si ta-  
men necessitas confitendi urgeat; absolvi  
qui-



quidem potest, sed moneri debet, ut legitimo superiori se sistat. Econtrà si necessitas non adsit, etsi licitum videatur nonnullis eum absolvere; præstat tamen eum dimittere; cum dimissio talis majorem peccati horrorem excitet. Quòd si verò censura annexa sit, omnino ad Sacramentum admitti non debet. Suadebit tamen charitas ad procurandam majorem potestatem, quâ caret, quando aliter pœnitens juvari non poterit.

Q. 2. *An talibus casibus exceptis nunquam* 278.  
*denegari possit absolutio?* R. Expositis sufficienter peccatis, datisque requisiti doloris indicis, sinè gravi injuria negari non posse. Ratio est: quia pœnitens posita debita dispositione acquirit jus ad absolutionem, quod jus à negante violaretur.

Q. 3. *Quanam ratione discerni possit verus* 279.  
*dolor à ficto?* R. in hunc finem triplicem esse considerandum statum pœnitentis, videlicet *statum recidivi, constituti in proxima occasione peccandi, & peccatoris publici.* Quoad primum observandum: an verum habeat propositum vitam emendandi. Quod si adesse cognoscatur, tametsi timeri possit eum ad vomitum reversurum, verus quoque adesse dolor censendus est, & absolutio imperienda, & è contra. Lugo de Pœn. Disp. 14. Sect. 10. Porrò propositum verum tunc adesse censendum est, quando peccator talis insolita, atque extraordinaria doloris ostendit signa; quando non ex consuetudine Confessio.

fectionem accedit, sed animo quærendi peccatorum suorum remedium; quando aliquid emendationis affert; quando sollicitudinem, & studium se emendandi adhibuit; quando æquo animo admonitionem suscipit, statuitque uti remediis. Contrarium est, si nec una harum dispositionum apparet. Lugo l. cit. Laym. l. 5. tr. 6. c. 4. n. 10. Ratio est; quia illa censetur efficax voluntas, quæ verè vult applicare media, & ubi applicanda sunt, saltèm aliqua applicat. Et e contra. In dubio autem de his indiciis non neganda, sed differenda est absolutio, ut Confessarius deliberare, & pœnitens majora indicia dare possit. Hæc dilatio quandoque etiam expediet ad majus calcar pœnitenti addendum.

280. Q. 4. *Quid observandum circa constitutum in proxima occasione?* R. hunc duplicem posse considerari. I. Ut quidem sit in periculo, sed non amet periculum, violenter nempe à morali necessitate detentus; quod fieri solet in famulis, filiis familias agnatis, & vinculo sanguinis adstrictis. In his spectandum: an alias industrias adhibeant, quibus ex proxima occasione fieri potest remota? Industriæ tales sunt oratio prolixior, eleemosyna liberalior, major concionum frequentatio, usus crebrior Sacramentorum, quotidiana propòsiti renovatio coram imagine Crucifixi eum non ampliùs offendendi, neque conversandi cum persona, unde

unde oritur periculum, neque conversandi cum sola, neque curiosius eam intuendi, Pœnitentiam aliquam, si lapsus contingeret, sibi imponendi. In hoc tamen puncto opus est cautelâ: parva enim non retrahet, difficilior fortè non dabitur executioni. Has itaque industrias si pœnitens talis adhibeat manens in hac occasione absolvi potest; secus si non adhibeat.

*Q. 5. Quanam sit certa regula cognoscendi, quanta debeat esse difficultas, qua pœnitentem liberet ab obligatione removendi occasionem ipsam? R.* omnes ferè Doctores relinquere rem hanc prudenti judicio Confessarii consideratis circumstantiis determinandam. Pro praxi clarè proponi posse videtur sic: præceptum fugiendi occasionem impositum est à lege naturali ad diminuenda, non augenda peccata; quando itaque difficilius est in praxi tollere occasionem, quàm stante hac re ipsa evitare peccatum, non potest esse obligatio eam deserendi: cum alias cresceret periculum duplicandi peccatum. Ut verò regulæ hæc securè procedant, oculi mentis ad DEUM sunt convertendi, postcendâque Divini auxilii assistentia. Porrò in dubio eligenda pars rigorosa: quia hæc in majorem cedit pœnitentis favorem.

*Q. 6. Quidnam præterea circa constitutum in proxima occasione observari queat? R.* Pœnitentem talem considerari posse, ut ad eam non necessitate cogatur, sed eam amet, &

*P. Herzig Man.*

**M**

amo.

amore hoc in ea perseveret. De tali dubium non est, quin ad eam fugiendam teneatur: aliàs enim indispositum se exhibet, utpote qui affectum potius, quàm odium gerit erga peccatum; vellet namque transgredi legem vetantem periculum proximum delinquendi. Ex quo patet, quàm non valeat excusatio, quòd actiones occasionem proximam constituentes naturam suam sint indifferentes: quia dum fiunt periculosa, non manent indifferentes, sed fiunt illicita. Deinde cautè observari oportet à Confessario duas fraudes in pœnitente:

1. Est, quàm variis coloribus depingit detrimenta à se excogitata, itèm difficultatem in occasione dimittenda.
2. Est, quàm verbis coloratis ostendit se esse paratum ad deserendam occasionem. Unde damnorum, difficultatis, quam prætexit, examinanda est tum veritas, tum quantitas: an videlicet, quæ afferuntur, in veritate subsistant? & tanta sint, ut omnino levia non videantur? Deinde: an propositum non in verbis solis, sed in re consistat? Nec ad absolutionem sufficit, ut pœnitens dicat sapius, se velle occasionem deserere, si verbis non stet, sicut efficax propositum sufficit in recidivo, licèt propositum non stet; occasio enim uno actu tollitur; ubi è contrario effrænatis passionibus resistendum est continuò; ideòque infidelitas recidivi non clarè arguit defectum propositi, quem prodit infidelitas hujus pœnitent-

nitentis, Arriaga de Pœnitentia disp. 38.  
Sect. 5.

Q. 7. *Quid observandum circa publicum peccatorem?* R. erga hunc longè amplius servandus rigor, quàm erga constitutum in proxima occasione, nec hanc dimittere volentem. Ratio est: quia malitiæ occasionis proximæ annectit peccatum scandali. Unde tali animosiùs neganda sunt Sacramenta. At inclementiæ arguetur Confessarius; sed exigit eam officium iudicis recti: *Pœnitentis quoque non misereberis in iudicio, præceptum est Exodi 23. v. 3. Jusse, quod iustum est, persequeris, Deuteronomii 16. v. 20.* quare aut renuntiandum est officio, vel debitò modò exercendum; nè Sancta dentur canibus.

Hactenus de officio Confessarii rectè pœnitentem dijudicandi, nunc ad officium progredior eidem salubriter medendi. Pro quo tribus dotibus Confessarium oportet esse instructum, *bonitate, prudentiâ, ac benevolentia.* Bonitate, quâ ipse à se exterminet peccatum, conformiter Pœnitentiæ: *Medice cura te ipsum*, & quâ se obfirmet, ut peccatis auditis non contaminetur. *Prudentiâ*, quâ conformiter monito Conciliorum Worm, Lugdun, Lateran, discretus, & cautus sit; vinum, & oleum vulneribus fauciatum infundendo, diversisque experimentis utendo ad sanandum ægrotum. In quem finem omnino satis non est pœnitentiam solum imponere, ac absolutionem

dare, sed studiosè oportet observare pœnitentis inclinationes, habitus malos, magis, aut minùs radicatos, opportunum curandi tempus, & modum. Benevolentia, denique, quâ affectum Paternum pœnitenti exhibeat. Considerate agebat Parochis suis sanctus Franciscus Salesius, quòd vos pœnitentes sub Confessionis initium omnes appellent Patres; proinde exhibete illis cor paternum, suscipite eos cum pietate, audite patienter, nullum vobis afferant fastidium mores agrestes, ignorantia, & inconstantia, nunquam ipsis subtrahite auxilium qualescunque sint. Pro his ergo exequendis sit.

## ARTICULUS XIII.

## De curanda Ignorantia Pœnitentis.

285. Q. 1. Quotplex sit ignorantia, qua curanda est in pœnitente? R. eam esse triplicem. Prima est circa mysteria, quæ tenentur credere omnes fideles. 2. Est circa necessitatem contritionis, & propositi. 3. Est circa peccata omissionis. De singulis singillatim. Hinc
286. Q. 2. Quò pacto curanda sit ignorantia prima circa mysteria fidei? R. ignorantem mysteria ad salutem necessaria ante absolutionem patienter instruendum, DEUM esse, & Remuneratorem esse, juxta illud Apostoli ad Hebr. II. v. 6. accedentem ad DEUM oportet credere, quia est, & quia inquirentibus se remunerator sit. Huc spectat cœlestis beatitudo, quâ DEUS bonos remuneratur & pœna aeterna, quâ malos

malos dijudicat. Deinde docendus est quoque notitiam explicitam sanctissimæ Trinitatis; & Incarnationis, sive ea necessaria sit ad salutem, quod tenet probabilior; sive sit de præcepto: cum sæpe accidat, ut ignorantia hæc culpâ non vacet. Porrò ut notitia hæc seu meliùs radicetur, seu augeatur, obligandus est rudis talis ad frequentandas eas Ecclesias, ubi diebus festis necessaria hæc mysteria explicantur. Ratio autem dictorum est: quia antequam pœnitens aliquem internum actum fidei eliciat circa dicta mysteria, incapax est absolutionis, ac per consequens gratiæ recipiendæ.

Q. 3. *Quò pacto curanda sit ignorantia circa contritionem, & propositum?* R. non solum excitandus est talis ignorans ad eliciendam contritionem, sed admonendus etiam de ejus necessitate, quæ ipsi incumbit; ut bene se posthac disponat, repræsentando, ac demonstrando ipsi Confessionem sinè dolore efficace esse corpus sine anima; & quando deinceps se præparaturus esset ad illam sciret multò magis incumbendum esse in peccatorum detestationem, quàm in eorundem examen.

Q. 4. *Quò pacto curanda sit tertia ignorantia circa peccatorum omissionem?* R. hic utilitatem pœnitentis esse spectandam: nam si videres inculpabiliter ignorantem peccata omiſſa notitiâ acceptâ ea non emendaturum, relinquendus esset in ignorantia. At

si prudenter colligeres notitiam in ejus emendationem cessuram, revelandum esset peccatum occultum ante absolutionem. Porro cum ignorantia circa præcepta naturalia rarò sit innocens, liberaliùs eam revelabit Confessarius, quàm notitiam circa præcepta positiva. Proinde non facilè credendum est juvenibus asserentibus in Confessione nullum se in mollitie agnovisse peccatum, ideòque reticuisse; licèt faciliùs credi possit reticentiam fuisse inculpabilem, ideòque Confessiones nequaquam invalidatas. Suarez de Pœnitentia disp. 23. Sect. 4. Huc conducent dicta superiùs de peccatis occultis.

#### ARTICULUS XIV.

##### De curanda cordis duritia.

289. Q. 1. Quotplex peccatoris esse soleat duritia? R. esse duplicem: alia enim est duritia intellectus, alia voluntatis, quæ ex priorè ducit originem.
290. Q. 2. Quod remedium adhibendum intellectui, ut duritia illius curetur? R. in motivum illi proponendum esse primò injuriam, quâ peccator voluptates suas summæ Majestati Divinæ præferre est ausus. 2. Injuriam, quâ Christo Redemptori optimo tentavit renovare vulnera, iterare opprobria, imò sibimetipsi eum crucifigere ad Hebr. 6. v. 6. 3. Ingratitudinem pro tot ac tantis beneficiis naturæ, & gratiæ, communibus, & particulis.



ticularibus, occultis, & manifestis; & quidem tunc exercitam, dum actu conferrentur. 4. Jacturam gratiæ Divinæ, cujus unicus gradus universa naturæ bona superat: 5. Jacturam Paradisi, permutatione facta cum momentanea, & detestabili voluptate. 6. Brevitatem vitæ, quæ velut vapor ad modicum paret. Jacob. 4. v. 15. 7. Mortem incertam, quæ subitò, ac improvise eum potest abripere. 8. Horrorem judicii, quod ipsi instar gladii supra caput impendet. 9. Æternitatem infernalium tormentorum, quæ ipsi parantur. 10. Servitutem Diaboli, quæ tyranni hujus mancipium efficitur. 11. Difficultatem respiscendi, quæ semper crescit, si respiscientiam differat. Ex his motivis cum omnia proponenda non judicantur, eligantur aptiora personæ obduratæ, atque ut tantò ardentius à Confessario, & salubrius proponantur, ipse Confessarius illa priùs sedulè meditetur; neque sit ipse peccatis quibusdam implicatus, quæ pœnitenti ininùs exaggeret. Præterea curet, nè peccatorem duntaxat ea proponendo admoneat, sed reprehensionem quoque discretam admisceat; nisi pœnitens pusillanimis sit, vel contritus, vel autoritate aliqua conspicuus. Pusillanimis enim facilè in desperationem ageretur; contritus ultrò proposita aggredietur; hominis verò conspicui delicatum admodum palatum est, quod etiam cibos, nisi bene conditi sint, rejicere suevit. Proin-

de reprehensio potissimum usurpanda erga rudes incultos, ac incapaces mitioris tractationis. Quòd si dubitetur: an suavitas? an rigor adhibendus sit? præstat etiam excedere suavitate, quàm rigore. Denique cùm durus silex una percussione non emollitur, repetendus est ictus; si etiam hoc non profit, confugiatur per orationem ad DEUM. Quod ut clarius proponam.

291. Q. 3. *Quod remedium usurpandum, si motivis his intellectui propositis, voluntas non moveatur?* R. commendandus est bonitati Divinæ pœnitens ferventi oratione, & ad eam ipsemet extimulandus proposita summa necessitate; ostendendus quoque illi modus est efficaciter orandi, cum humilitate nimirum, perseverantiâ, & fide. Eradicandus simul est error duplex, unus, quòd nonnulli sibi persuadent, paucis quibusdam precatiunculis remittenda peccata; alter, quòd consent orationem in statu peccati sibi nihil utilitatis afferre. Denique si omnia hæc non proficiant, nequaquam despondendus est Confessatio animus, sed excitandum saltèm in pœnitente sanitatis desiderium, & disponendus ad redeundum post temporis intervallum aliquod, rogato intereà pro cordis mutatione Dei auxilio. Fiet sæpe hoc temporis intervallo, quod tempus Confessionis denegavit.

## ARTICULUS XV.

## De curandis Blasphemis.

Q. 1. *Quotuplex esse sueverit blasphemia?* R. 292.

omissa divisione celebri in *hereticam*, & *simplicem*, blasphemia alia est eorum, qui ex concepta ira stultissimè contra DEUM eandem proferunt; alia verò eorum, qui stimulante quidem irâ, sed adversùs creaturas insaniunt. Primi generis blasphemi solent esse lufores, qui cum nummis animam, cum anima intellectum perdere sueverunt. Secundi generis plures sunt, qui choleram intus accensam nesciunt alia ratione restinguere, nisi impiïssimorum verborum flammam in altum evomant, *ponantque in cælum os suum*. Psalm. 72. v. 9. tamen postea protestentur se non habere intentionem edusque extendendi suum peccatum. Horum familiaris sermo est: *corpus Christi, sanguis Christi, Sacramenta centena, & centies millena*. Et quamvis Doctores aliqui doceant ejuscemodi verba, quando impetus ille, quo proferruntur, non intendit ipsum DEUM offendere, non esse blasphemiam; in praxi tamen contraria sententia adeò vera est, ut sæpissimè à gravi culpa eximi non possint. Ratio est: quia hi, qui timoratae sunt conscientiae, iis auditis graviter commoventur, apprehenduntque insignem Divinae Majestatis contemptum; ipsi quoque talium sermonum auctores, nisi à consuetudine penitus

tus sint excecati (quam tamen consuetudinem sub mortali auferre tenentur) postquam subsidit bilis effervescens, sæpius hanc ipsam advertunt irreverentiam, & de se pœnas repetunt.

293. Q. 2. *Quibus mediis adversus blasphemias sit utendum?* R. hæc non debere esse lenia, ita ut Confessarium in statuendis pœnis oporteat esse non nihil indiscretum. Concilium Lateranense Sess. 9. denunciat omnibus Confessariis, quòd si blasphemis non imposuerint congruas pœnitentias, seipso illorum delictorum facturi sint participes, jubetque eos corrigere, etsi spes nulla sit emendationis. Remedia generis sunt duplicis, alia sunt pro castigandis noxis præteritis, alia pro impediendis futuris. Quare ultra pœnas consuetas orationis, jejunii, aliarumque corporis afflictamentorum, elemosinæ, injungendum est iis, ut aliquoties linguam, lambendo terram, circumducant; toties ad pedes crucifixi projecti precentur veniam; totidem recitent Rosaria ex laudibus Divinis v. g. laudetur SS. Sacramentum, gloria Patri, &c. concinnata. Pro præservativa statuenda ob oculos blasphemio malitia blasphemix, quæ rarò sanatur, nisi usitatis industriis; convenit plurimùm cum vocibus damnatorum; profertur sinè ulla propè utilitate, oblectatione, aut existimatione; nomina ea contemptibiliter usurpat, in quibus salus posita; conculcat sanguinem,

& Christi merita, quæ sola possunt extinguere debita. Porro quæ dicta sunt de blasphemis, applicari etiam possunt perjuris.

## ARTICULUS XVI.

## De curandis obligatis ad Restitutionem.

**Q.** 1. *Quotuplex accidere soleat obligatio, quæ pœnitens ad restitutionem faciendam obligatur? R.* aliam esse manifestam, aliam dubiam.

**Q.** 2. *Quomodo utrique à Confessario mendum? R.* si dubia est, quando sibi non fident ex improvise cum autoritate litem decidere, differat tantisper, dum casum pœnitius examinet, aut consilium exquirat; potest autem etiam si pœnitens verè appareat paratus ad præstandum id, ad quod obligatur, eum absolvere, data tamen promissione se consulturum viros doctos, ac quod ipsis visum fuerit, re ipsa executurum. Lugo de Pœnitentia disp. 22. Sect. 4. Henriquez lib. 6. de Pœnitentia c. 26. Coninck, disp. 9. de Pœnitentia, dubio 16. quod si è contrario obligatio certa est, non est urgendus pœnitens, ut ante absolutionem restitutionem exequatur; nec etiam creditur omni ipsius promisso; sed si in eo appareat seria voluntas, præfigat ipsi tempus restitutionis, & modum assignet. Modum quidem: nam si creditores sint certi, non licebit eam facere pau-

pauperibus nomine eleemosynæ, aut Sacerdotibus; aut legant Missas; sed si per se ipsum restituere grave accidit, det alteri pecuniam, ut securè in manus veri creditoris perveniat. Si sæpius restitutionem promisit, & fidem fellit culpabiliter, neganda est absolutio, dum prius restituatur; nisi ea signa præbeat, è quibus veram voluntatem, & moralem de futura quàm primum restitutione certitudinem capere possit. Tolet. lib. 3. c. 17. Cajet. v. *restitutio* c. 7. Navarr. Suarez, Azor, &c.

296. Q. 3. *Quid faciendum Confessario, si pauperens restituere non possit?* R. quanquam difficile sit discernere: an istud: *non possum*, proveniat ex debilitate virium? an ex infirmitate voluntatis? necessarium tamen est, ut discernere studeat Confessarius. In hunc finem convenit inquirere: an excusans se lusu sit deditus? frequentet popinas lautè, si non etiam lascivè vivat, ac ità pecuniam, quàm pauperi fortè creditori restituere salutem per partes posset, inexcusabilis dilapidet? Clarum est tunc excusationem suscipiendam non esse; secus, si absque vitio suo indigentiam suam depellere non possit.

297. Q. 4. *Quid si prætexitur, non esse obligationem restituendi cum detrimento proprii status?* R. verum id esse, si status non obtentus fuit, nec crevit per injustitias; nisi ex superfluo fieri possit restitutio, aut creditoris expectantis incommodum esset vel majus, vel æquale incommodo debitoris. Layman. l. 3. de

de Just. tr. 2. c. 12. n. 1. & 2. Leslius lib. 2. c. 76.  
Cajet. v. restitutio: Secus sentiendum in ca-  
su opposito.

Q. 5. An, si pœnitens quàm primùm valens <sup>298.</sup>  
restituere, petat aliquam dilationem, eam concedere  
possit Confessarius? R. negativè. Navarr. in  
summa c. 17. Cajetanus v. restitutio. Ratio est:  
quia non solum illicitum est alteri quidquam  
surripere; sed æquè veritum injustè posses-  
sum retinere. Requirendus itaque pro dila-  
tione favenda est creditor, ac, nisi eam con-  
cedat, restitutio quàm primùm facienda.

Q. 6. Quid adhuc agendum, si Confessarius <sup>299.</sup>  
pœnitentem absolverit, eò quòd promiserit reddere  
tempore, quo debet? R. consultum videri pœ-  
nitentiæ loco illi præscribere, ut per illud  
intervallum subinde confugiat ad Divinam  
Majestatem, vel patrociniū Deiparæ solli-  
citando gratiam standi promissis, & cum fide  
exequendi.

Q. 7. Quid agendum, cum pœnitens est in bona <sup>200.</sup>  
fide, vel quia credit se nihil debere, vel quia existimat  
se solum teneri ad partem, & non ad totum, sive in  
solidum; vel quia judicat satis esse, si per plures so-  
lutiones restituat debitum, quòd per unam potest? R.  
si non adsit probabilis spes fructus, relinquen-  
dum esse in tali ignorantia salutari. Sanch. de  
Matrim. lib. 2. disp. 38. n. 6. Lugo de Pœnitenti-  
a disp. 22. Sect. 2. dummodo ignorantia hæc  
sit invincibilis ex eo, quòd nullam habeat  
causam dubitandi de sua obligatione. Sanch.  
in Decal. lib. 1. c. 16. Vasquez l. 2. q. 24. art. 7.  
disp. 107.

Q. 8.

301. Q. 8. *Quid, cum facienda restitutio est pauperibus, ob incertitudinem nempe creditorum?* R. cum debitores tales ex probabili sententia stringantur solum lege positiva, licet erga eos uti majore favore. Indè suaderi illis potest, si quantitas est major, ut procurent honestam compositionem ab eo, penes quem est concedere; si verò quantitas sit exigua, ut applicent solitas eleemosynas, quæ fiunt in illorum domo; vel ut condonent tantumdem alicui inopi, seu debitori, quantum tenebantur distribuere inter pauperes.

302. Q. 9. *Quid observandum in praxi circa restitutionem fame?* R. Eum, qui alterum infamavit cum injuria, teneri retractare majore rigore, quàm eum, qui crimen occultum solum revelavit. Ratio est: quia prior privavit infamatum Dominio suæ famæ; alter autem abstulit tantum possessionem. Unde licet solum revelans satisfaciatur laudando infamatum, non satisfacit tamen, qui crimine falso aliquem infamavit; sed tenetur, si necessitas postulet, dicere se esse mentitum; imò id ipsum etiam juramentò seu privatò, seu publicò juxta negotii conditionem confirmare. Less. lib. 2. c. 11. dub. 20. Navarr. Man. c. 18.



## ARTICULUS XVII.

*De dirigendis iis, qui odio, & inimicitia  
sunt impliciti.*

**Q.** 1. *Quomodo dignosci possit: an dum pœnitens asserit se inimicis injuriam remisisse, odium, & inimicitia in corde adhuc lateat? R.* si nat sibi Confessarius illatæ injuriæ seriem exponere; colliget ex verbis, quomodo internè Pœnitens affectus sit; rancor enim internus vix ea citra scommata, invectivas &c. proferre sinet. 2. Percontetur: an Adversarium suum alloquatur? an prius salutatus, salutem reddat? an alios non dehorteatur ab habenda cum illo conversatione? an, si eum conspiciat, in aliam non deflectat viam? an domum, aut etiam templum commune, nè fortè in ejus conspectum veniat, refugiat? hæc cordis index sunt.

**Q.** 2. *An sermosinatio, & salutatio debita sint proximo solum ex consilio? an verò ex præcepto? R.* Eorum naturâ spectatâ esse solum consilii, spectatis verò circumstantiis in praxi sæpe esse præcepti. Hinc quando inimicitia est publica, & pœnitens ante acceptam injuriam solitus est salutare, & alloqui, si demum sermones misceat cum cæteris suæ civitatis, aut vicinis, omnésque salutet; tenetur eadem quoque edere indicia, quæ facta jam sunt communia, & illa Adversariis exhibere. Laym. lib. 2. tract. 3. c. 4. Valentia, Suarez. Verum tamen est ordinariè

riè pœnitentem non esse obligandum, ut salutando præveniat, quando notabilem accepit injuriam, aut quando ejus conditio multùm excedit conditionem convitiantis; multò minùs quando quodammodo certum foret, quòd salutanti non esset responsum dandum. Castrop. tit. 1. tract. 6. disp. 1. p. 6. Coninck disp. 24. dubio 6. Superior, aut Pater familias possunt quidem ob delicta suorum graviora eos salutantes non resalutare ad tempus; si tamen diutius id continuarent, absolvendi non forent. Laym. cit. n. 4. Ratio est: quia licitum est illis esse severis, non tamen crudelibus. Porrò obligatio ad ea maximè urget, quando vel populus rationabiliter scandalizatur, & quando is, qui offensus est, aliter nequit ex corde revellere odium.

305. Q. 3. *Quod remedium latens hoc odium curandi?* R. interrogandus est talis à Confessario: quantum temporis fluxerit, quò affectus est injuria? Dein exquirendum: an desideret malum aliquod evenire inimico? si negat, procedat ad signa Q. I. indicata, quorum præcipua aperiet lingua. Si signa hæc deesse cernantur, conetur ei exhibere: quomodo Adversarius inspicere cor nequeat; proinde necesse esse, ut veniam à se datam opere ostendat. Si obstinatè renuat edere hæc signa, indignus erit absolutione; ac ideo priùs quàm absolvatur, præcipiat Confessarius, ut per aliquod tempus quotidie ali-

aliquoties à DEO postulet gratiam, & robur, se ipsum vincendi. 2. Præscribat ipsi aliqua exercitia charitatis, ad quæ aliàs non obligatur, v. g. ut aliquoties DEO, ac Beatissimæ Virgini commendet salutem inimici; curet pro ipso fieri aliquot Missæ Sacrificia, vel saltèm audiat; erogat certam eleemosynam, ac tum redeat ad recipiendam absolutionem. Quæ ut faciliùs executionem videant, utatur exemplo Christi orantis pro persecutoribus beneficiis grandibus à se affectis. Confessarius verò ex parte sua humanum, & suavem se præbeat, & ab omni verborum austeritate abstinentem; ut nec umbra appareat, quòd ex Judice partis adversæ factus sit Advocatus. Deinde pœnitentem ardentè commendet DEO. Si verò his omnibus industriis necdum expugnaretur, exhibeatur ipsi, quòd hic nullum detur medium: aut ignoscendum est proximo, aut spes veniæ à DEO concedendæ deponenda; quærat deinde: quomodo orare possit, & poterit, nisi dimittat; *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos?*

Q. 4. *Quid agendum, si pœnitens sit homicida?* R. exponendam illi esse criminis gravitatem, quod ex omnibus in damnum Proximi commissis summum est, & quo invasit jurisdictionem Dei, qui solus est Dominus vitæ, & necis. Imponenda illi pœnitentia, ut præter debitam restitutionem ob homicidium curet fieri Sacrificia Missæ pro ani-

ma occisi; aut saltèm multas pro illa preces persolvat; neque contentus consuetis jejuniis, & macerationibus corporis, injungat, ut impostero frequenter visitet Ecclesiam ad implorandam ex corde divinam misericordiam; ut sic numini reddat honorem, clamorem effusi sanguinis, vindictam expositis, tranquillet. Curandum quoque est, ut poenitentia talis diu duret.

### ARTICULUS XVIII.

#### *De curandis vitio luxuriæ infectis.*

307. **Q.** 1. *Unde ordiendâ sit luxuriæ curatio?* R. Cùm vitium isthoc à non paucis inter naturæ debilitates computetur; ac ideo vix ulla geratur cura eo se liberandi; excitandum est imprimis in talibus languentibus ardens desiderium recuperandi sanitatem; nisi enim desiderium hoc promittatur, remedia alia quæcunque irrita erunt, & absque fructu.

308. **Q.** 2. *Quomodo desiderium dictum sit instaurandum?* R. demonstrandum est læcivis illis manifestum periculum damnationis, nisi tempestivè se corrigant; cùm enim animæ salus dependeat à voluntate gemina, DEI & hominis, voluntas DEI extremè detestatur luxuriæ vitium, id quod delendo totum orbem per diluvium manifestum fecit: quomodo à voluntate sic averfa gratiæ influxus efficax expectari potest? Ex altera parte voluntas hominis à nullo affectu vitioso fortius est ligata, quàm à libidine; tum quia ipsius

ipſius actus ſunt frequentiores; tum quia ſunt intenſiores. Unde in hac ſpecie citiùs generatur malus habitus, ita ut anima his implicata vinculis abſolutè ſe quidem poſſit extricare, ſed non niſi magna cum difficultate. Mens indies magis excœcatur ad inveniendas vias evadendi, voluntas ad eas impediendas fit debilior; ac etiam quantò magis accumulatur peccata, tantò difficilius redditur ſalutis conſecutio; tametiſi peccator ea etiam bene confiteatur. Initium huius vitii, progreſſum, & infelicem terminum deſcribit gloſſa in Job apud Segneri in Inſtr. Confess. c. II. his verbis: *viſum ſequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem conſenſus, conſenſum opus, opus conſuetudo, conſuetudinem neceſſitas, neceſſitatem deſperatio, deſperationem damnatio.*

**Q. 3.** *Quid, cum pœnitens damnationis periculum advertit, & voluntatem ſeriam ſe malo ſuo liberandi oſtendit? R. 1.* ſuadendum illi eſt, ut ab omni periculofa occasione abſcedat; otium fugiat; vitet liberiorem converſationem; moderatè utatur cibo, & potu; corpus ſubinde aliquà affigat moleſtiâ, & aſperitate, jejuniis, flagellis, peregrinando, ſubtrahendo aliquid ſomni; quæ media reſecant ſubſidia rebellionem tomicis nutrienda. **2.** Suadendum, ut legat libellos pios; Verbum DEI audiat; præcipuè verò crebriùs oret DEUM; Sacramenta frequentet; quæ media æſtum vitioſum ſuavi gratiæ pluviâ

magnopere reprimunt, ac si diutius continuentur, etiam extinguunt. Unde continuatio eorum est singulariter procuranda, 3. Ut pœnitens talis facilius curetur, exquirat Confessarius tempus, ex quo se caput tradere his immunditiis, & quam frequenter: nisi enim vim morbi penetres, medicamen conveniens quomodo adhibebis? 4. Si pœnitens seriâ voluntate emendationis dispositus est, instrui potest adversus aliqua pericula paulò post occursura; e. g. quid si amicus tuus rursus ad illas ædes te invitaret, irésne? quid si fœmina hæc à te amandata literas tibi mitteret, atque legationem, quid ageres? Hoc tamen medium adhibendum non est, si exigua, aut vix sufficiens appareat dispositio, sed manendum in proposito generali.

### ARTICULUS XIX.

#### De subveniendo Scrupulosis.

310. Q. 1. Quot sim scrupulorum species? R. potissimum duæ. Una est eorum, qui cum liberrimè peccant, postea tantum sunt solliciti de modo confitendi, ac ubi peccata sua rite percensuerunt, satisfecisse se arbitrantur, nulla prorsus habita ratione emendationis. Hi damna sentiunt conscientiaæ liberæ, & scrupulosa. Altera est eorum, qui inani ratione nixi apprehendunt, & timent peccatum alicubi esse, ubi non est. De his

Q. 2.

Q. 2. *Quanam horum scrupulorum sit origo?* 311.

R. originem hanc esse triplicem: alii enim proveniunt à Deo, qui animas sibi dilectas scrupuloso timore puriores efficit; hi ergo diuturni esse non solent. Alii provenire possunt à Diabolo, qui phantasiam variis, ac terribus imaginibus imbuat, ut inquietet, & fructuosa opera præpediat. Alii denique ortum ducunt à propria corporis habitudine, quæ inclinat magis ad obstinationem, timorem, tristitiam.

Q. 3. *Quæ mentis scrupulose indicia?* R. 312.

clara è multis indicia esse hæc: nulli acquiescere rationi, ac tum operari cum perturbatione; sequi extraordinarias observationes; mutare identidem sub ipsa actione iudicium, modò apprehendendo ut licitum, modò ut illicitum reprobando; dubitare in quacunque re, quæ habetur sub manibus; fugere etiam quando ignoratur causa fugæ, &c.

Q. 4. *Quæ remedia huic morbo maxime sint?* 313.

R. primum est oratio, quæ licet necessaria sit morbis omnibus; huic tamen necessaria est longè maxime; nè in scrupulorum procellis ad scopulum desperationis, aut amentiaë impingatur. Cùm autem scrupulorum mens longis orationibus plerumque sit inidonea, utilissima erit industria longitudinem brevissimis quibusdam affectibus læpius repetitis cum sincera ad DEUM fiducia compensare. e. g. dicendo: *sanctifica animam servi tui. - quoniam tu Domine suavis,*

& mitis, & multa misericordia omnibus invocan-  
 ribus te. Pl. 85. v. 4. & 5. Tuus sum ego, saluum  
 me fac, Plal. 118. v. 94. Protector noster aspice  
 DEUS, & respice in faciem Christi tui. Plal. 83.  
 v. 10. Miserere mei DEUS, miserere mei, quoniam  
 in te confidit anima mea, & in umbra alarum  
 tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Plal.  
 56. v. 1. & 2. Alterum remedium est obe-  
 dientia, quæ ut obtineatur, moveatur scrupulus  
 contra scrupulos, exponendo quan-  
 tam æger teneatur reddere Deo rationem  
 inobedienciæ erga Patrem suum spiritualem,  
 unaque damnum, quod ipsemet & sibi con-  
 fiscit, dum pugnat cum hostibus imagina-  
 riis, neque sibi cavet à veris; si obedientia  
 impetrata est, cura quodammodo perfecta  
 est. Poterit ergo tunc imperari silentium  
 æternum de præteritis Confessionibus, præ-  
 fertim si mediocre adhibuit studium, ut se  
 in tuto constitueret. Deinde jubeatur con-  
 temnere scrupulos, & contra illos operari.  
 Moneatur brevius illi sufficere examen pro  
 Confessione, quàm non scrupulosis, præ-  
 fertim circa cogitationes, de quibus etiam a-  
 liquando prohiberi potest, nè se accuset. In-  
 struatur, quòd tametsi per talem obedi-  
 entiam culpa aliqua in Confessione omittatur,  
 excusatus sit; cùm integritas materialis non  
 obliget cum tanto incommodo. Porrò  
 in mediis his porrigendis oportet Medicum  
 liberè procedere. Ut autem nova vota  
 emittantur à tali ægro, omnino non est ad-  
 mit-



mittendum; imò si quæ fecit, commutanda potius illi sunt, vel dispensandum in illis juxta Confessarii potestatem. Demum si scrupulosas rationes expetat ejus, quod sibi præcipitur, potest, dum capacior est, etiam probabilitas sententiarum laxiorum manifestari, ut eâ se se opere posito quietet.

## CAPUT VI.

De Sacramento Extremæ Unctionis,  
rite administrando.

**Q.** I. *Quid circa hoc Sacramentum à Parocho* 314. *observari oporteat?* R. curam maximam eò conferendam, ut sanis debita illius æstimatione ingeneretur. Ac ideò res exigic, ut Parochus pro Concione sæpe invehat in futilem illum metum, quo metuitur; nè, dum sacerdos parte una cubilis intrat sacrum oleum deferens, simul mors cum falce aliunde ad ægrum ingrediatur. Qui error ut omnino eradicetur, explicandi sunt effectus Unctionis hujus planè oppositi illis, quos tam stultè sibi imaginantur: quoniam utilitatis plurimum non animæ tantùm, sed & corpori adfert. Animæ quidem: quia occulta peccata præterita delet & notorum reliquias abolet; contra futura autem, & præsentia novas vires, & robur confert, quo insultus Diaboli superentur. Corpori etiam prodest; quia si morbum non plenè tollit, leviorē reddit, minuendo

endo angustias ex eo subortas, subministrat robur ad eas majore cum animi tranquillitate perferendas; oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus. Jacob. 5. v. 15.

315. Q. 2. *Quid præterea sani edocendi sunt?* R. elaborandum est, ut discant, quòd æger ad saluberrimi hujus mysterii usum, ac fructum parare se debeat dolore, qui detestetur omnes noxas tam occultas, quàm manifestas. Ratio est: quia Sacramentum hoc est Sacramentum vivorum; adeoque deleta supponit peccata; aut si deleta non sunt, quod alias non posset attritio, hoc ipsum Sacramentum suppletur. Ratio ulterior est: quia ut peccator pro Sacramentum rite sit dispositus, debet retractare peccatum tali retractatione, quæ excludat omnem voluntatem peccandi cum spe veniæ, quæ haberi nequit sine dolore memorato.

316. Q. 3. *Quisnam sit Minister Extrema Unctionis?* R. omnis Sacerdos. Ita Trid. Sess. 14. de Extrem. Unct. c. 3. Ratio est: quia administratio illius non est actus jurisdictionis, sicut absolutio à peccatis. Licitè tamen interdumtaxat Sacerdos eam administrat, qui est Parochus, vel facultatem habet à Parocho. Ratio est: quia Sacramenta ministrare fidelibus est Parochi officium. Hinc Regulares, qui sive Clericis sæcularibus, sive Laicis Sacramentum hoc sinè Parochi licentia ministraverint, ipso facto sunt excommunicati, absolute sine fedi Apostolicæ reservata. Clem.

Clem. 1. de privil. Henriq. in summa l. 13. c. 40. §. 4. cum aliis. Societas tamen JESU, aliique privilegii participes, suis regularibus, & familiaribus in Domibus suis eam ministrare non prohibentur. Idem est de mercenariis, hospitibus, etiam secularibus; & extraneis, quos in locis, vel habitationibus tunc reperiri contigerit. Bulla Pii V. data Idibus Febr. 1567. Alii quoque possunt, si Parochus absit, vel non possit, aut per manifestam injuriam nolit ministrare, neque etiam superior ejus adiri queat pro licentia.

Q. 4. *Quodnam sit subiectum capax recipien-* 317.  
*da Extrema Unctionis?* R. solus homo baptizatus ob infirmitatem de vita periclitans, qui ratione utitur, vel certè antea usus est, hocque Sacramentum recipere optaverit. Ità Zaroll, in praxi de Sacram. Pœn. c. 15. q. 7. cum communi. Debet autem infirmitas oriri ex morbo, vel ex vulnere, vel veneno potato, vel ex alia quacunque causâ intrinseca. Unde ungi non potest morti violentæ proximus, ut suspendendus, vel suffocandus, quia non infirmatur. Econtra ungi possunt etiam pueri, usum rationis adepti, idque juxta Sanch. Select. disp. 27. n. 18. tametsi Parochus per Confessionem eos nunquam peccasse advertat: quia tunc indigebunt infirmi ad robur acquirendum contra tentationes dæmonis. Laym. nihilominus l. 5. tr. 8. c. 4. n. 2. ait: excusari Parochum, si pueris ante annum 14.

aut i s. juxta Dicecesis consuetudinem Sacramentum istud neget, excepto casu necessitatis, si aliud Sacramentum suscipere non possint, & Sacramenti hujus debitam notitiam habeant. Præterea neganda non est Extrema Unctio diuturno tempore amentibus, & phrenesi laborantibus, modò priùsquàm ad talem amentiam pervenissent, eam saltèm interpretativè desideraverint; si nimirum Christianè vixerunt, atque salutis suæ memores fuerunt, Henriq. l. 3. c. 13. §. 1. cum aliis. Neganda tamen foret his, si in peccato mortali notoriè constituti essent. Laym. cit. n. 4 similiter neganda non est senibus senectute confectis, & in mortis periculo proximo constitutis. Item mulieribus in partu jamjam deficientibus. Sufficit verò periculum probabile. Trid. Sess. 14. c. 3.

318. Q. 5. *An eidem infirmo sapius conferri possit hoc Sacramentum?* R. cum Laym. cit. & communi. Non posse conferri durante eodem periculo morbi; secus, si aliud novum sit periculum, ut si ægrotus, postquàm semel unctus est, melius habere cæpit, ut Medicorum judicio extra probabile, seu propinquum mortis periculum constitutus esset, mutata corporis constitutione recidit.

319. Q. 6. *An ægrotus sub præcepto teneatur suscipere hoc Sacramentum?* R. negativè. Teste Laym. hìc c. 7. n. 1. veniale est per negligentiam intermittere. Excipe 1. nisi aliud Sacramentum suscipere non possit, & de sua con-

contritione dubitet. Ratio est: quia aliàs animam suam periculo damnationis exponeret. Casus tamen hic vix est possibilis, nisi fortè Sacerdos nolit dare absolutionem. Ratio est: quia si conferri potest Extrema Unctio, cur non & absolutio? excipe 2. nisi ex contemptu non susciperet.

Q. 7. *An excusandus à peccato Parochus, si 320.*  
*oleum alterius anni adhibeat?* R. negativè. Ità Bonac. hìc q. unica. puncto. 2. n. 6. Barb. p. 2. c. 22. Si tamen necessitas urgeat, poterit veteri oleo morituros ungere, usque dum novum ipsi ab Episcopo transmissum fuerit; quo accepto, ex Laymanni sententia l. 5. tract. 8. c. 2. n. 4. in lampade ante Venerabile ardere solita vetus comburendum est. Quod si novum suffecturum pro anno toto non putetur, poterit non consecratum admisceri in quantitate minori. Barb. cit. cum aliis.

Q. 8. *An in ungentis quinque sensibus ordo 321.*  
*servandus necessitate Sacramenti?* R. negativè. Ratio est: quia ordinis mutatio non mutat completam significationem. Circa duas unctiones verò pedum, & renum servanda est Ecclesiæ consuetudo; cùm non sit de essentia Sacramenti. Imò unctio renum convenientiùs omittitur præsertim in fœminis, & viris Religiosis. Sà. v. *Extrema Unctio.* Bellarm. de Extr. Unct. n. 12. Si ægrotus manibus careat, ungenta est caro propinqua; si oculis, ungentus est locus eorum,

eorum. Sà cit. Henr. c. 12. §. 1. Ratio est; quia licèt homo, qui perpetuò caruit visu non potuerit eo sensu peccare secundum effectum; potuit tamen peccare secundum concupiscentiam videndi. Sacerdotes verò non in palmis, ubi sacro oleo uncti sunt, sed intra palmam, vel in exteriori parte manus ungi solent. Sà l. cit. Bonac. hìc punct. 5. quamvis nihil referat etiam in ipsis palmis inungi: cùm hæc unctio ab altera sit distincta. Palud. in 4. dist. 23. q. 3. a. 3. Demum in casu necessitatis sine culpa poterit una auris, vel una manus ungi. Henr. cit. c. 12. §. 1. Sà l. cit. etiam non formata cruce. Suar. hìc S. 2.

322. Q. 9. *Quo loco impertienda sit extrema unctio in collatione aliorum Sacramentorum?* R. cum Laym. l. 5. tr. 8. c. 8. n. 4. consuetudinem ferme ubique obtinere, ut ultimo loco conferatur; quia est Sacramentum exeuntium. Barb. tamen p. 2. c. 22. n. 37. censet mortaliter non peccaturum, qui ante Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ illud contulerit; quia infirmus potest per contritionem se ad illam disponere; servandam tamen monet consuetudinem Ecclesiæ.

323. Q. 10. *An forma extrema unctio ad singulorum sensuum inunctionem sit repetenda?* R. affirmativè. Ità Laym. cit. 3. n. 3. Probabile tamen juxta eundem est, in necessitate ungi posse unicum sensum magis obvium cum debita fórmula verborum, nempe: *per istam sanctam*

sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, gressum deliquisti. Licite proinde hæc forma adhibetur tempore pestis, quo etiam per instrumentum decens unctio fieri potest. Porrò casus necessitatis duo præcipuè sunt: 1. Si Sacerdos, postquam unam, vel duas unctiones peregit, ob mortis accelerationem reliquas finire non posse arbitretur. 2. Si infirmus mox animam exhalaturus aliud Sacramentum non recipit. Extra quos casus præstat ministracionem intermittere. Præterquam, ut addit Laym. cit. si Ordinarius probabilem Doctorum sententiam secutus, brevioris illam formam pro tempore pestis durantis approbet.

Q. II. *Quem sensum habeant Verba forma: quidquid deliquisti?* R. habere sensum conditionatum; si quid deliquisti; ac ideo ministrari posset Sacramentum istud homini, tamen si nullum peccatum habeat, v.g. ei, qui immediatè ante baptizatus fuit. Suar, disp. 42. l. 2. n. 4.

## CAPUT VII.

## De Ordinis Sacramento.

Q. I. *Quid Parocho præstandum circa hoc Sacramentum?* R. requiri Parochi industriam, quâ teneros adolescentes ad illud præparet, si indolem eorum ad facerrimum hunc

hunc statum aptam videat, & quasi natam ob propensionem illam, quam præferunt ad res sacras, & DEI cultum, uti & ob genium ad pietatem, atque Ecclesiæ ministeria conformatum; sicut de Josue sacer narat Historicus, quod indè à teneris annis ægrè à DEI tabernaculo divelli potuerit; *Josue filius Nun, puer non recedebat de tabernaculo. Exod. 33. v. 11.*

326. Q. 2. *Quid in talibus adolescentibus singulariter procurandum?* R. laborandum, ut sic educentur; nè unquam vitiis ætati suæ cognatis inficiantur, imò, si aliqua ratione procurari posset, nè tenui quidem eorum pulvere aspergantur; utque idcirco diligentius vitent omnem pravam societatem, omnia conventicula periculosa. Oportet itaque illis persuadere usum frequentiorum Divinorum mysteriorum, majorem ad literarum studia applicationem; subministrandi illis libelli sacri, ex quibus aliquid quotidie lectitent; diligentius commendandi parentibus, & agnatis, ut vigili semper eos oculo observent, & ut res DEO dicatas, devotèque custodiant.

## CAPUT VIII.

### De Sacramento Matrimonii.

#### Quæstiones Prolegomenæ.

327. Q. 1. *Quæ sit obligatio Parochi respectu Sacramenti matrimonii?* R. illi incumbere, ut



ut id suscepturos utiliter præparet, & suscipientibus ut testis assistat. Patet ex Trid. Sess. 24. c. 1. de ref. matr.

Q. 2. *Quid ipsi hunc in finem salubriter agendum?* 328.  
 Explicanda sunt populo per con-  
 ciones impedimenta dirimentia, præsertim  
 affinitatis. Deinde revocandum sæpius in  
 memoriam teneri singulos manifestare,  
 si impedimenti cujusdam conscii sunt. Cu-  
 randum quoque, ut Parochus certior fiat  
 de consensu sponsorum: an fortè, quod  
 non rarum est, à parentibus sint coacti?  
 itèm an non sponsi parentibus non consul-  
 tis, aut etiam invitis Matrimonii vinculi  
 se obligare velint? Studeat etiam sponso-  
 rum rescire ætatem, an hæc sufficiens sit?  
 itèm notitiam eorum, quæ ad salutem scitu-  
 sunt necessaria. Explicanda insuper est  
 significatio Matrimonii, ut conjunctio amo-  
 ris, quâ humanæ naturæ Divina connexa  
 est; itèm unio Christi cum Ecclesia, & ani-  
 ma Christiani cujuslibet, qui in Ecclesia nul-  
 la gravi culpa obstrictus vivit. Præterea  
 inculcandum, nè crimina Matrimoniali  
 contractui præmissa sacrum hunc contra-  
 ctum dehonestent; nève peccando potius,  
 quàm virtuosè vivendo ad illud se præpa-  
 rent. Demum ostendenda obligatio pro-  
 les educandi rectè, & amanter inter se vi-  
 vendi. Contracturis autem Matrimonium,  
 quod Tridentinum monet Sess. 24. de ref.  
 matr. c. 1. suadendum, ut *antequam con-*  
*tra-*

trahant, vel saltem triduo ante matrimonii consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistia Sacramentum pie accedant.

329. Q. 3. Qua notitia Parocho necessaria, ut de huius Sacramento huic prospiciat? R. necessarium esse, ut ea exactè noverit, quæ tum sponsalia, tum ipsum matrimonium secundum se, tum matrimonii impedimenta concernunt. De singulis tractabimus singulis articulis in suis §§. divisis. Unde sit

## ARTICULUS I.

### De Sponsalibus.

#### §. I.

### De Sponsalium essentia & constitutione.

330. Q. 1. Quid sint Sponsalia? R. Sponsalia à spondendo dicta, sunt propriè, & strictè promissio voluntaria, deliberata, & mutua, signo sensibili expressa futuri Matrimonii inter personas iure habiles. Dicitur 1. Sponsalia propriè, & strictè dicta: quia impropriè, & minùs strictè etiam matrimonium ratum appellatur sponsaliorum nomine. Et hinc matrimonio rato vinculati minùs propriè Sponsus, & Sponsa dicuntur. Gobat. tr. 10. n. 2. Dicitur 2. promissio: Solum enim propositum non obligat. Busenb. tr. 6. p. 3. d. 1. Dicitur 3. voluntaria

& deliberata, ut videlicet utraque pars consentiat. Deliberatio autem tanta sufficit, quanta sufficit ad peccandum mortaliter. Hinc à sponsalibus excluduntur amentes, surdi simul, & cæci, ebrii &c. quàm diu actûs humani & contractûs sunt incapaces. Non excluduntur autem iracundi, ac æstu amoris, & libidinis accensi, nisi mens perturbetur. Sanch. l. 1. D. 7. n. 10. Dicitur 4. *matua*: quia sunt contractus, qui semper hanc conditionem involvit: *promitto si promittis*. Hinc promittens altera parte non promittente, nec ex justitia, nec ex fidelitate obligatur, tametsi obligatio sit jurata; si tamen promissio acceptatur, ex fidelitate erit obligatio in promittente. Busenb. cit. Dicitur 5. *signo sensibili expressa*: sic enim omnis contractus inter homines fieri solet. Dicitur 6. *fururi matrimonii*: quia promissio de præterito est ipsum matrimonium ratum. Rationem dat Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 2. quia verba contrahentium accipienda sunt secundum naturam contractûs. Quòd si una pars dependenter ab alterius repromissione promittat, censet Gobat. n. 20. promittentem obligari, non tamen teneri expectare ultra decennium; secus si independenter. Dicitur 7. *inter personas jure habiles*, seu quæ ætatem habent à jure præscriptam, & nullo impedimento prohibentur. Busenb. cit.

Q. 2. *Quæ verba certè, quæ sub dubio consti-* 331.  
*ant Sponsalia?* R. Cum Gobat. tract. 16. n. 48.  
 P. Herzig Man. &

& seq. Verba, quæ certò constituunt sponsalia, sunt sequentia & iis æquivalentia: accipiam, vel ducam te in meam. Promitto me ducturum te. Promitto me te ducturum in crastinum. Accipiam te, ducam te deinceps, posthac, ex nunc te ducam. Non aliam, sed te ducam. Accipiam te in uxorem. Promitto, obligo me, do tibi fidem meam, quòd te ducam. Sub fide mea te ducam. Habeas me infidum, nisi te ducam. Sub dubio constituunt: Promitto me desponsaturum te. Desponsabo te. Tecum sponsalia contraham. Volo contrahere tecum. Placet te ducere, Volo te tenere, vel habere in uxorem. Mea eris. Sequentia demum non Sponsalia, sed matrimonium constituunt: accipio te in meam. Habeo te in uxorem. Providebo tibi sicut uxori, (quam tamen formulam in dubium revocat n. 52. nisi vel mos patriæ suffragetur, vel addatur particula *semper*, aut: *Ex nunc*) *Ex nunc* reputo te in uxorem. *Ex nunc*, vel *semper*, vel *posthac* habebo te, tenebo te pro uxore.

332. Q. 3. Si Sponsus, vel Sponsa contra fidem priorum sponsalium secunda contrahat, quibus standum? R. primis, tametsi altera juramento sint firmata; nam juramentum non est vinculum iniquitatis, ut docent Doctores in cap. *sicut* de sponsal. Sponsalia autem posterius inita iniquam promissionem continent. Idem dicendum, si posteriora copulam annexam habeant, & inibi Tridentinum receptum sit, licet Jus antiquum c. *is qui fidem* de sponsal. talia valeret

lidet tanquam matrimonium clandestinum. Si posteriora coram Parocho aliisque testibus celebrata sunt, priora clam, per accidens subsistere possunt, si sponsus intelligat sibi & priori sponsæ etiam oblato juramento fidem in consistorio non habendam. Sanchez l. 1. disp. 49. n. 6. Subsistunt etiam posteriora, si ex violatione priorum exiguum incommodum, alteri sponsæ autem priorum ignaræ, & spe matrimonii in copulam consentienti grave timendum sit, præsertim, si prolem susceperit; ob regulam receptam apud Sylv. v. *Sponsalia* n. 7. *si duo vincula dissparis potentie incompassibilia contrahantur, fortius repellit minus forte.*

Q. 4. *An promissio ficta, & simulata sit va-* 333.  
*lida?* R. cum Gobat. hic n. 30. negativè: quia talis promissio non est propriè promissio. Quòd si promittens seriò promittat; at careat animo standi promissis; erit quidem promissio valida, ut demonstrat Perez disp. 1. Sect. 7. erit tamen perfida, & mortalis, si exigat repromissionem, venialis, si hanc non exigat. Ratio est, quia prior est graviter noxia, non secunda. Unde etiam hæc puniri non solet à jure, sicut prior secundum proportionem damni, quod pars decepta incurrit. Si verò compensatio aliter fieri nequeat, ut si alioquin pars decepta gravem ignominiam passura; vel in copulam inducta esset, promittens fictè ad nuptias compelli potest. Excipe, nisi pars de-

cepta ex circumstantiis fictionem advertere debuisset; quo tamen posito etiam tenetur ad nuptias promittens, si conditionem carnalis copulæ acceptavit; quia talis spontanea copulæ acceptatio est contraria internæ protestationi,

334. Q. 5. An pro sponsalibus requiratur voluntas formales, & directa? R. affirmativè. Ratio est: quia pro administratione Sacramentorum, itèm pro voto non sufficit voluntas indirecta, vel in causa; cùm non fiant more humano; ergo à pari. Nec obstat 1. quòd Baptismus validè conferatur ebrio, amenti &c. si priùs fuit expetitus: quia collatio talis baptismi adhuc est actio humana; non autem promissio indirecta, qualis esset in ebrio priùs prævisa, & intenta. Nec obstat 2. quòd homicidium ab ebrio commissum sufficienter sit voluntarium, si priùs fuit intentum: quia occidens talis verè supponitur voluisse realem occisionem, alter verò sola verba externa, quæ nudè accepta non sunt vera promissio; aliàs etiam psittacus promittere posset. Excipe, nisi talis ante ebrietatem dixisset: promitto tibi matrimonium; si in ebrietate dixero, quod te velim in uxorem habere: tunc enim verè, & ante ebrietatem immediata, & directa fit promissio. Instantia est in volente ordinari tempore ebrietatis. Nec obstat 3. quòd sponsalia contrahi possint per procuratorem dormiente sponso: quia sponsus tali casu

casu moraliter vigilat, & formaliter liber est  
in suo vicario. Kugler Opusculo de Spons.

Q. I. n. 26. 27. 28. 29. 30.

Q. 6. *An valida sint sponsalia gravi metu* 335.  
*extorta?* R. negativè, si metus hic sit injustè  
incussus, & ad sponsalia extorquenda.  
Sanch. l. 4. D. 19. n. 3, cum aliis. Ratio est:  
quia matrimonium metu extortum est in-  
validum, ut dicitur infra; ergo & sponsalia:  
nam si hæc subsisterent, daretur obligatio  
ad invalidum matrimonium. Et hoc intel-  
ligendum est, tametsi sponsalia hæc jura-  
mento essent firmata.

Q. 7. *An liberi saltem à Parentibus, aut si* 336.  
*milibus personis cogi possint, aut à contrahendo im-*  
*pediri?* R. negativè. Est communis. Hinc  
Trid. Sess. 24. c. 1. de ref. matrimonii, ana-  
themate damnat affirmantes *matrimonia à*  
*filiis familias sine consensu Parentum contracta ir-*  
*rita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse.*  
Requiritur quidem Parentum consensus;  
sed ad solam honestatem, atque æquitatem.  
Ex quo sequitur: irritam esse desponsatio-  
nem, quam Pater facit nomine filii, aut im-  
puberis, absque ejus consensu: cum enim  
in matrimonio sit quasi servitus perpetua,  
non debent filii ad eam compelli. Cæte-  
rum liberi contra pietatem, & reverentiam  
parentibus debitam peccant, si illis incon-  
sultis, aut invitis sponsalia contrahant: quia  
parentum cura, & potestas postulat, ut sine  
eorum consensu nihil statuat: quamquam

cum hac impietate, & irreverentia contractus suum robur non amittat. Laym. cit. n. 14. Excipe: nisi contractus iste fieret in probrum Parentum; tunc enim non subsisteret: quia esset cum injuria tertii Gobat. n. 105. Idem est, si matrimonium tale scandalis, rixis, litibus esset obnoxium. Quæ causæ si absint, invitis parentibus contractus probabilis solum venialiter peccabunt contra pietatem: cum parentes non possint esse rationabiliter inviti.

337. Q. 8. *Quomodo injuste resistentes cogi possint?* R. cogi posse, & debere; non tamen absolute & vi, si ex invitis nuptiis mali exitus timeantur. Ità Sanchez l. 1. D. 29. n. 4. secus, si tale malum non sit timendum. Ratio, quòd compelli possint, est: quia in omni contractu id fieri solet. Quòd verò non absolute, & vi, si malus exitus timeatur, ratio est: 1. quia coactio absoluta, & vis, non conducunt ad finem matrimonii, quem Judex unicè spectare debet. 2. Quia minus malum est permittere sponsalium dissolutionem, quàm mala ex talibus nuptiis oriri solita.

338. Q. 9. *An valeant sponsalia ante septennium inita, si malitia suppleat aetatem, id est, si aetas hæc capax sit peccati mortalis?* R. contra Complures cum S. Thoma 4. dist. 27. q. 2. à 2. ad 7. Sanch. l. 1. D. 16. n. 9. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 16. & aliis primi nominis Theologis affirmativè. Ratio est: quia pro sponsalibus nihil aliud requiritur, quàm consensus duorum



rum deliberatus. l. 1. & 14. ff. de Sponsal. 2. quia matrimonium etiam antepubertatem contractum valet, si malitia, seu potentia generandi suppleat ætatem. c. *Juvenis*, c. 9. & ult. de despons. impub. Requiritur tamen regulariter septennium propter præsumptum in ea ætate rationis usum, ut præsertim in foro externo in casibus ordinariis, vel etiam in dubiis, si de pleno rationis usu non constet, decidi possit pro valore sponsalium, & pro non valore ante septennium. Ità Kugler Q. 6. n. 81. & 82. Porrò si malitia non suppleat ætatem, probabilior cum Sanchez l. cit. n. 4. docet debere esse septennium physicè completum, idque ob favorem contrahentium, eo modo, quo professio in religione valida non est ante præscriptum tempus physicè completum.

Q. 10. *An aliquando valeant sponsalia inita cum persona hæretica?* R. affirmativè, dummodo scandalum absit. Constat ex praxi in multis Provinciis tolerata. Scandalum autem aberit, si in sponsalibus his sequentes condiciones adsint: 1. Ut absit periculum perversionis, ac persona Catholica liberè permittatur vivere in sua Religione. 2. Nè impediatur educare proles ritu Catholico. Hinc execrabile est eorum pactum, quo contrahens Catholicus sponsæ promittit se ei permissurum partem liberorum sinè veræ Religionis cultura. Ac ideo Parocho omnino curandum, ut, si personam hæreticam

Religioni Catholicæ asserere nequit, talia pacta salutariter præpediat. 3. Ut non sit facilè Catholico invenire conjugem sibi parem, & competentem. 4. Ut persona hæretica non sit hæretica denunciata. 5. Ut in loco, in quo contrahitur passim vigeat consuetudo sic contrahendi absque omni scandalo.

## §. II.

### De Sponsalium obligatione.

340. **Q. 1.** *Quæ, & quanta oriatur obligatio ex sponsalibus sincere, absolute, & valide contractis?* R. obligant sub mortali ad ipsum matrimonium ineundum. Ità communis cum S. Thoma 4. Dist. 27. Ratio est: quia omnis contractus, saltèm onerosus, de re gravi obligat sub culpa lethali,

341. **Q. 2.** *An dictam vim obligandi habeant etiam sponsalia incerta, seu cum persona incerta contracta, ut si Cajus dicat Titio: promitto me accipiturum in uxorem unam è tribus filiabus tuis?* R. si Cajus sincerè, & absolute est locutus, & Titius acceptavit, teneri unam ex illis accipere, at illam solam, quæ invenit gratiam in oculis ejus, non quam obtruserit Titius. Hoc autem non ex justitia, sed ex fidelitate. La Croix l. 6, p. 3. n. 97.

342. **Q. 3.** *Quid si quis dubitet, an verè promiserit?* R. tunc pronuntiabit se liberum: quia tali calu dubitans manet in possessione; si tamen

tamen sciat se promississe; dubitet autem an fidei; item si sciat se fuisse obligatum promittere; an dubitet; an satisfecerit obligationi, judicabit se verè promississe: quia in dubio præsumitur id factum, quod de jure erat faciendum. Tuschus lic. F. concl. 19.

Q. 5. Quanta oriatur obligatio ex sponsalibus <sup>342.</sup> cum conditione contractis? R. si conditio adjuncta turpis sit, vel matrimonio repugnans quoad ejus executionem, vel impossibilis, nulla simpliciter oritur obligatio: quia nemo obligari potest ad impossibile, vel turpe. Patet etiam in omnibus aliis contractibus, qui tali adjuncta conditione non obligant, exceptis testamentis, & matrimoniis, idque tantum in foro externo, in quibus præsumitur testantem, vel matrimonium contrahentem non voluisse actum irritum facere, adeoque tales condiciones non ferè adjectisse. Kugler p. 2. de Spons. n. 12. Ex quo etiam noto, causam adjunctam, modum, seu oneris annexionem, item demonstrationem, seu appositionem signi exprimentem qualitatem demonstrativam rei, vel personæ, distincta esse à conditione neque actum suspendere, si causa aut demonstratio (citra errorem circa substantiam) non subsistant, aut modus necdum sit impletus. Ac ideo bene observandum est; an id, quod cum particula *si* adjicitur, verè sit conditio. Quod si conditio adjuncta sit honesta, nec matrimonio repugnet, nec sit impossibilis, non est

obligatio ineundi matrimonium ante impletam conditionem; eà autem impletâ obligant sic, sicut absolutè contracta. Neque requiritur novus consensus, ut fusè tum auctoritate, tum ratione probat. cit. Kugler de Matr. n. 713. & 714.

344. Q. 5. *Quandonam post sponsalia matrimonium sit ineundum?* R. spectandum hic esse tempus ab ipsis contrahentibus præscriptum, nisi una pars liberaliter permittat dilationem. Si verò nullum tempus præfixum sit, tunc tenetur quisque contrahere illo tempore, quo alter spectatis omnibus circumstantiis id rationabiliter exigit. Proinde si alter non exigit, non est obligatio prope-  
randi; monendos tamen sponfos monet Gobat. hic n. 124. ut factis sponsalibus quamprimùm contrahant matrimonium per verba de præsentì coram Parocho & testibus; nè sponsæ periculum stupri habeant.

345. Q. 6. *Quam vim habeant sponsalia contracta sub conditione: si Papa dispensaverit?* R. dicit Gobat tr. 10. n. 161. & 162. quando subest impedimentum, in quo Papa non nisi gravissima de causâ dispensat, ut est impedimentum Ordinis sacri, aut affinitatis in primo gradu, promissio sub conditione adjecta nihil virium habet. Si verò impedimentum facile est dispensabile, valent sponsalia impetrata dispensatione. Sanchez l. 5. D. 5. n. 4. ibidem. licèt novum consensum minùs probabiliter requirere videatur. Ratio est: quia

quia prior conditio primæ dispensationis est moraliter impossibilis, conditio alterius & possibilis est, & honesta. Unde etiam licitè adjicitur. Hinc Perez D. 16. f. 4. cum aliis docet eum, qui sub tali conditione fecit fidem, teneri vel petere, vel expectare dispensationem petendam à parte altera, si justa causâ subsit. Sed eodem numero 164. Gob. cit. revocat sententiam, motus autoritate contraria Rotæ Romanæ apud Dianam p. 6. in fine. Addit subinde n. 166. non subsistere etiam sponsalia, quando contrahentes innodati impedimento non fecerunt ullam mentionem dispensationis, scientes tamen se illâ indigere. Proinde in casu utroque dispensatione obtenta renovandum esse consensum. Considerata tamen ratione, nec apparente clara Pontificia declaratione standum videtur priore sententia. Kugler Opusc. de Spons. q. 5. n. 54. citans Sanch. Laym. Gob. Zoësium &c.

*Q. 7. An contractui sponsalizio apponi possit conditio pœnalis, si pars alterutra resiliat à contractu? &c. cum Communi teste Laym. hinc n. 8. negativè; quia talis pacti obligatio esset valde periculosa, nè ex coactis per pœnam nuptiis sequantur infelices exitus. Idem tamen Laym. hinc n. 8. probabilem censet sententiam oppositam, si pars alterutra injustè resiliet, adducens L. ultimam Cod. de sponsalibus, mandantem, ut resiliens arrhas duplicatas restituere cogatur; imò ut partes etiam*

etiam in pœnam tripli, quadrupli, non amplius inter se convenire possint. Si verò justa à nuptiis causa resiliendi subsit, arrhas reddere sufficiat. Addit, spectato communi jure, arrhas à dante repeti posse post nuptias: quippe cessante causa, ob quam datæ sunt; quamvis consuetudine aliter apud nos servetur, ut v. g. annulus arrhæ nomine datus, quasi sponsalicia donatio nuptiarum causâ facta iis secutis confirmetur. Prior tamen videtur probabilior ob rationem datam; tum quia matrimonia, quantum fieri potest, opotet esse liberrima.

347. Q. 8. *Ad quid, & quantum obligent sponsalia sub conditione; si Pater, vel Mater consenserint?* R. cum communi ità obligare, ut si parentes apertè consentiant, nec consensum revocent, oporteat stare illa promissione; si verò pater initio consentiat, deinde dissentiat, juxta consilium Gobat, n. 167. ii in praxi ex dissentientibus DD. sunt sequendi, jè quorum sequela nascuntur minora incommoda, sicut & in casu, quo parentes neque contradicunt, neque apertè dissentiunt. Cæterum sufficere videtur, si non contradicant cum indignatione.

348. Q. 9. *An valida, licita, consequenter obligatoria sint sponsalia clandestina?* R. affirmativè. Ità Laym. l. 5, tr. 10, p. 1, c. 1, n. 3. Palau D. 1, de spons. p. 2, n. 15. cum aliis permultis. Ratio est: quia lex Trid, Sess. 24, c. 1, de ref. matrim. irritans matrimonia clandestina, est odio,

odiosa, adeoque non extendenda, nisi ad casus expressos. Qua propter licet passim sponsalia absque Parocho, & omni teste sic contrahantur, in nullo tamen foro declarantur irrita. Accedit, quod sacra Congregatio apud Sanchez l. 1. D. 12. n. 2. definit: decretum Tridentini tantum habere locum in matrimonio per verba de presenti.

Q. 10. *An matrimonium clandestinum inter puberes habeat saltem vim sponsalium de futuro?* 349.  
R. negativam esse probabiliorem. Ita Sanch. l. 1. D. 20. n. 3. Ilfing. tr. 6. D. 9. n. 8. Bonac. Gonzal. &c. Ratio est: quia Tridentinum hujusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit Sess. cit. c. cit. Ex quo clarè sequitur matrimonium clandestinum inter puberes nec vim habere sponsalium de futuro.

Q. 11. *An ex matrimonio clandestino puberum oriatur impedimentum publicæ honestatis?* 350.  
R. probabiliorem esse affirmativam. Colligitur 1. ex declaratione Congr. Cardinalium à Pignatello, & Gallamar. citata, cujus verba sunt: *presupposita declaratione SS. D. N. Pii V. super hoc decreto censuit Congregatio oriri impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus per verba de presenti etiam nulliter contractis ommissa forma Concilii Tridentini c. 1. hujus Sess. 24. & constat ex cap. ad audientiam de sponsal. ubi existente matrimonio nullo propter impedimentum consanguinitatis oritur publicæ honestas.* 2. Ex Cap. un. de sponsal. in 6. circa quod

quod Trid. nihil innovavit ; ibi enim solum publicæ honestatis impedimentum oritur ex matrimonio irrito, ubi ejus nullitas non provenit ex defectu consensûs interni, & naturalis ; hic autem matrimonii nullitas non provenit ex defectu consensûs, sed ex defectu solennitatis, & præsentia Parochi ; ergo. Hinc facilè respondetur ad aliam Quæst. an ex matrimonio publicè quidem, sed fictè contracto, vel ex sponsalibus apparenter tantum validis, oriatur dictum impedimentum ? cum enim nullitas proveniat ex defectu consensûs, patet id minimè oriri. Accedit, quòd publica honestas sit quædam quasi affinitas ex animorum conjunctione per verum consensum orta ; ergo ubi hæc conjunctio deest, etiam deerit impedimentum. Cæterùm licèt valida sponsalia consensu mutuo dissolvantur ; impedimentum tamen publicæ honestatis non aufertur : quia non per mutuum consensum, sed autoritate Ecclesiæ est introductum. Nec ullum fundamentum habetur, quòd, cum sponsalia per mutuum consensum cessant, etiam Ecclesia cessare velit publicam honestatem.

351. Q. 12. *Ad quid teneatur, qui facta spe, vel sub ficta promissione matrimonii puellam induxit ad copulam ?* R. I. tenetur sub mortali illam ducere, nec sufficit dotare : quia in omnibus contractibus, ubi intervenit : *do, ut des, aut : facio, ut facias*, vult justitia, ut cum una pars contractum implevit, impleat & altera,



si possit. 2. Quia esto dotem dando daret æquale pro damno Virginitatis, aliter in sua specie non recuperabilis; at pro injusta deceptione non est satis, nisi dolum auferat, & verum consensum, ad quem ex justitia tenebatur, locò ficti præstet. Nec est verum, quòd justitia plus non requirat, quàm æquale, quando idem, quod in specie, dabatur, in specie reddi potest. Ità La Croix l. 6. p. 3. de sponsal. n. 69. cum multis à se citatis; ubi etiàm n. 70. addit verum id esse, licèt puellam cognoscens sciverit eam priùs esse corruptam: quia hoc non obstante liberè contraxit; nec fraus intervenit ex parte puellæ. Sanch. tamen l. 1. D. 10. n. 23. cum aliis huic ultimæ oppositam non improbabiler tuetur. Excipit Gobat tr. 10. n. 229. nisi corrupta sciverit corruptentem esse voto castitatis obstrictum, nec is promiserit se dispensationem petiturum.

Q. 13. An sponsalia ex metu injustè incus-  
so contracta sint valida? vel saltem obligent ex  
religione, si accedat juramentum? R. si metus  
talis sit levis, sunt valida; si verò metus  
talis injustè incussus ad sponsalia extor-  
quenda sit gravis, licet probabiliter irri-  
ta non sint jure naturæ; cùm talis metus  
non tollat libertatem; probabile tamen est  
irrita esse jure positivo, si metus ab altero  
contrahente injustè incutiatur. Sic enim  
videtur statui c. ex literis, de despons. im-  
pub. Quod si verò metus à tertio incutiatur,  
putat

putat Krimer n. 452. per l. 14. §. in actione ff. quod metus causa, fieri potestatem metum passo, ut sponsalia per iudicem rescindantur, ut in aliis contractibus. Porro juramentô talia sponsalia non firmanantur, ut patet ex cit. c. ex literis, docentque non pauci cum Sanchez. l. 4. D. 21. n. 3. nec tale juramentum obligare: quia jus illud ab initio irritat. Unde nec opus est relaxatione. Ità La Croix cit. n. 105. 106. 107. 108.

353. Q. 14. Quid circa arrhas seu quod post sponsalia datur velut in pignus pro assecuratione? item quid circa sponsalicias largitates, seu donum, quod post sponsalia traditur sponsæ sub conditione saltem facta: si matrimonium sequatur, & non fiat frans in dote? item quid circa donum matutinum, seu quod maritus secundo die nuptiarum uxori dat pro pudicitia, vel virginitatis thesauro sibi tradito, sit notandum? R. cum La Croix l. 6. p. 3. à n. 134. ad 1. si dans arrham sinè justa causa resiliat L. si is. & L. mulier statuitur, ut eam amittat. Si verò excipiens arrham sinè justa causa resiliat, teneatur eandem restituere, & tantundem in æquivalenti adicere, imò etiam triplum, aut quadruplum, nisi esset minor mulier annis 25. tunc enim tenetur restituere solam arrham. Quodd si dans arrham stet promissis, potest absque omni sententia iudicis statim repetere inito matrimonio, uti & tunc quando cum justa causa resilit. Vide Sanch. l. 1. D. 27. R. cum Eodem ad 2. de sponsalicia largitate, quæ etiam

*jocalium, dotalitium, mundus muliebris, donatio ante nuptias, donum sponsalium dicitur, statuitur L. cum veterum. & L. si à sponso Cod. de donat. ante nuptias, ut si matrimonium ex justa causa non sequatur, dominium ejus maneat penes dantem. Item ut sponsa, quæ post valida sponsalia passa est osculum (& multò magis copulam) acquirat pro se, & hæredibus suis dominium mediæ partis: quia ruborem istum vel incommodum subiit, & facta est in tantum vilior. Si autem matrimonium consummatum fuerit, totum est uxoris quoad dominium, & usum: quia est vera donatio. Præterea qui absque justa causa resilit, perdit jus ad illam, innocens verò acquirit dominium. Si quid detur ante sponsalia, non est largitas sponsalia, sed donum ad conciliandum amorem. R. ad 3. Donum matutinum, seu Morgen-Gaab / Spectare ad uxorem, quæ illud etiam alienare potest inter vivos. Horum occasione*

*Q. 14. Quenam dicantur bona conjugum 354. dotalia, paraphernalia, propria, communia, & quid circa illa possit maritus & uxor? R. 1. bona dotalia dici illa, quæ uxor affert marito ad sustinenda onera matrimonii; horum dominium habet uxor, potestque post mortem de eis disponere. Ususfructum verò, & totam administrationem habet maritus. R. 2. bona paraphernalia, seu præterdotalia sunt; quæ uxor præter dotem affert,*

*P. Herzig Man,*

*P*

*item*

itè quæ ipsa acquirit per industriam, aut per laborem ultra eum, quem familiæ debet, vel quæ ipsi donantur, vel legantur, aut alio modo adveniunt citra mariti cooperationem; item quæ à marito illi dantur, tam quoad jus, quàm quoad usum; horum habet uxor plenum dominium, & administrationem, nisi in quibusdam locis aliter sit statutum, maximè si non attulit dotem.

*§. 3. Bona antiphernalia sunt, quæ maritus assignat uxori in compensationem reciprocam dotis; horum dominium, & usus est penes maritum.*

*§. 4. bona propria sunt bona omnia, quæ maritus habet excepta dote, & uxor exceptis bonis antidotalibus.*

*§. 5. Bona communia sunt, quæ durante matrimonio accedunt ex communibus bonis; horum medietas quoad jus ad maritum, medietas ad uxorem pertinet; quoad usum autem, & administrationem omnia spectant ad maritum tantum. Vide La Croix l. 3. p. 1. à n. 1017.*

## §. III.

## De Dissolutione Sponsalium.

355. *Q. 1. Quæ causæ sint sponsalia dissolvendi?*  
*§. certum esse sponsalia solvi per mortem sponsi, aut sponsæ. Hac causâ suppositâ §. septem aliæ causæ assignantur à Gobat. tr. 10. n. 246. 1. Est mutuus consen-*

sensus. 2. Conditio non purificata, sub  
 qua sunt inita. 3. Dispensatio Pontificia,  
 4. Privilegia etatis. 5. Ignorantia, seu er-  
 ror. 6. Mutatio superveniens. 7. Absen-  
 tia sponsi. Busenb. de spons. dub. 3. ex variis  
 authoribus novem causas assignat. 1. Est  
 matrimonium validum cum alia inikum.  
 2. Consensus mutuus. 3. Superveniens  
 impedimentum dirimens. 4. Atrox crimen  
 alterius sponsi. 5. Notabilis mutatio, quæ  
 si principio cognita fuisset, à sponsalibus de-  
 terruisset. 6. Est profectio unius sinè alte-  
 rius licentia in terram longinquam. 7.  
 Conditio non purificata. 8. Susceptio Or-  
 dinis sacri. 9. Quam probabilem ait, vo-  
 tum castitatis simplex. 10. Rursus assignat,  
 vel melius explicat: quomodo matrimo-  
 nium cum alia contractum dissolvat, viden-  
 det quoad eam partem, quæ illud non con-  
 traxit; quoad eam verò partem quæ con-  
 traxit, non dissolvi, sed suspendi, adeoque ma-  
 trimonio hoc soluto manere obligationem  
 ad priora sponsalia implenda. Addit in cau-  
 sis adductis, si manifestæ sint, non requiri  
 auctoritatem Judicis; secus, si non sint ma-  
 nifestæ. 2. Si sponsus cognito suo jure resi-  
 liendi, nihilominus carnaliter cognovit  
 sponsam, censeri tacitè suo juri renunciâsse,  
 & sponsalia ratificâsse. Pro horum decla-  
 raticne

*Q. 2. An sponsalia mutuo consensu dissolvantur, 356.*  
*tur, tametsi voto, aut juramento sint firmata?*

ry. affirm. ratio est : quia etiam cum voto, & juramento semper habent imbibitam conditionem : nisi ab illo, cui spondeo, remissa fuerit obligatio. Deinde votum, & juramentum DEUS non acceptat, nisi in gratiam sponsæ; ergo si sponsa remittat, absolvetur sponsus. Gob. tr. 10. n. 251, Palaus, Dian, Sporer &c. Aliud est quoad sponsalia impuberum jurata, quæ obligant parte altera retinente: quia circa hos jus aliter disponit c. *ex literis* 10. de spons. Rationem dat Sanch. l. 1. Disp. 51. n. 22. & Gob. tr. 9. n. 382. nè ætas illa ob inconstantiam exponatur nimis mutationibus. Porrò ut mutuus consensus dissolvat, debet abesse fraus, metus, vel alius injustus modus, quo procuratur: cum quibus dissolutio omnino est invalida, ac ideo conceditur actio parti innocenti contra sic procurantem.

357. Q. 3. *Quomodo matrimonium validum cum altero contractum dissolvat sponsalia?* ry. dissolvit quoad eum, qui non contraxit; quoad eum verò qui contraxit non extinguitur obligatio, si alter expectet, sed suspenditur ita, ut matrimonio hoc soluto teneatur ad implenda priora sponsalia. Palaus de spons. d. 1. p. 21. n. 4. Tamb, Haun, Sporet &c. Ratio est: quia non extinguitur dicta obligatio ex natura rei; cum se compatitur cum matrimonio; nec jure positivo: quia textus Apostoli tantum dicunt talem mari-

maritum debere manere cum conjugē.  
2. Quia matrimonio tali non extinguitur vo-  
rum castitatis, aut ingrediendæ religionis;  
ergo à pari. 3. Quia iniquum est, ut perfidē  
resiliens ex malitia reportet lucrum cum  
damno sponsæ relictæ. Nec obstat 1. quòd  
vinculum matrimonii sit fortius, quàm  
sponsalium: cùm enim dissolubile sit, &  
compatibile cum minùs forti; non extinguit  
minùs forte. Nec obstat 2. quòd sponsa  
per matrimonium tale fiat alterius, conse-  
quenter sponsus jus amittat: quia licèt ve-  
rum hoc sit, quòd jus in illam non habeat,  
quàmdu est in matrimonio; habet tamen  
jus in illam cessante matrimonio; sicut licèt  
emptor alicujus rei, quæ alteri emptori est  
tradita, nullum in eam jus habeat, quàmdu  
est sub dominio secundi emptoris; habet ta-  
men jus, si ad venditorem redeat.

*Q. 4. Quæ crimina dissolvant sponsalia? R. 358.*

1. Crimen dissolvens esse furtum, homici-  
dium, ac omne illud quòd grave damnum,  
vel infamiam parit. Bon. q. 1. p. 8. n. 12. de  
spons. R. 2. probabilior est sententia dis-  
solvi sponsalia per stuprum, aut vim sponsæ  
illatam à tertio. Ratio est: quia sponsa per  
hoc est reddita notabiliter vilior; tum quia  
sponsus exponeretur periculo alendæ prolis  
alienæ. R. 3. fornicatio sive spiritualis, ut  
hæresis, sive corporalis tam sponsi, quàm  
sponsæ post sponsalia, pariter dissolvit spon-

falia. Excipit Sanch. l. I. d. 55. n. 8. si sponsus metu gravi fornicari cogeretur. R. 4. si sponsa permittat se tangi impudicè ab alio per oscula, & amplexus, potest sponsus resilire à sponsalibus; sed non vice versa: quia etsi sponsus id faciat, non est dedecus sponsæ, nec mutatio alicujus momenti. Dian. p. 3. t. 4. n. 282. Sanch. &c. nisi oscula & amplexus sponsi essent ità frequentes, ut indicent valde propensum in alteram; ut meritò timeri possit, nè sponsam minùs sit amaturus, aut fidem non servaturus. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 2. n. 11.

359. Q. 5. An si sponsus, & sponsa fornicetur, resilire liceat utrique? R. affirmativam esse probabiliorem. Ità Kugler cum aliis p. 3. q. 7. n. 89. Ratio est: quia uterque violat fidem, & violando tacitè renunciat sponsalibus. Nec obstat, quòd violatio sponsæ foedior sit, & sic compensari nequeat in ratione delicti, vel infamiæ, vel turpitudinis, vel damni ex fornicatione oriri soliti; potest tamen eadem compensari, & ratione renuntiationis compensatur. Nec obstat 2. quòd oscula sponsæ, non autem sponsi dissolvant: quia foediora sunt; sed ideo etiam: quia oscula sponsi ad eum gradum non ascendunt communi judicio; ut sint absolutè causa sufficiens resiliendi. Nec 3. quòd si conjux uterque adukeretur, neutri resilire liceat à thoro: quia pro hoc stat clarum jus c. intellexi-



*leximus* 6. de adult. non pro altero. Deinde plus requiritur pro divortio, quàm pro sponsalium dissolutione ob pericula incontinentiæ & adulteriorum. Porrò ad hoc, ut resilire possint, non sufficit sola præsumptio; licet hac posita suspendi possit matrimonium, dum plenior habeatur probatio.

*Q. 6. An sponsalia priora dissolvantur per posteriora copula carnali confirmata?* R. cum Sanch. l. 1. D. 49. n. 1. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 5. negativè. Ratio est 1. quia cum sponsa prior habeat certum jus nullo scelere legitimè acquisitum, iniquum foret, si cedere cogeretur sponsæ secundæ fornicariæ pœnam potiùs, quàm præmium meritæ. 2. Quia tunc sponsus fornicariam non tenetur ducere vi promissionis, quæ irrita est; nec ratione damni: cum illud aliâ viâ possit compensari. Aliud esset, si matrimonium cum altera foret initum: cum enim matrimonii vinculum indissolubile sit, & impossibile cum priore priorum sponsalium, necessariò vinculum debilius cedit fortiori.

*Q. 7. Quæ mutationes sponsalibus super venientes dissolvant sponsalia?* R. 1. inimicitia orta inter parentes sponsorum est causa sufficiens dissolvendi. Gobat. n. 330. si verò inter sponfos sit oborta, is, qui causa fuit, tenetur priùs adhibere media ordinaria ad

pacem reducendam. Sporer n. 216. similiter si certum, non verò tantùm probabile sit periculum, ne parentes propter matrimonium cum gravi scandalo fiant inimici, causa sufficiens est dissolutionis. Sanch. l. 1. D. 14. n. 4. R. 2. probabilem etiam esse causam dissolvendi, si sit suspicio morbi gravis, & incurabilis; itèm prudens metus exhæredationis; quamquam tunc conveniat expectare, dum morbus depellatur. Sporer n. 217. R. 3. Juxta eundem Sporer n. 211. Sanch. Pont. causa sufficiens est foetens halitus. Itèm si sponsa ex pulcherrima fiat notabiliter deformatis. Itèm si sponsus fiat horribiliter deformatis, Gob. n. 305. addit, si sponsus comperitur habere herniam. In his tamen, & similibus monet La Croix hic n. 171. attendendas esse circumstantias: an non, quamvis hæc fuissent ab initio, illis non obstantibus fuissent contracturi. Itèm n. 161. si hæc causæ dissolvant sponsalia; tamen contracta annexum habere impedimentum publicæ honestatis, R. 4. probabilem esse in utramque partem sententiam, si sponsus, & sponsa incidant in æqualem paupertatem; si verò unus repenti fiat longè ditior, & honoratior, resilire non potest. Kagler p. 3. q. 10. n. 107. Opposita tamen non est etiam improbabilis. Optimè monet Sporer n. 218. consulendum esse alteri, nè multùm repugnet dissolutioni ob periculum mali matrimonii, ideòque petat aliquid in compensa-

tio-

tionem. R. 5. cum Gob. n. 337. sufficiens causa est, si unus sponforum talem horrorem etiam invitus habere pergat, ut feriò, & ex conscientia dicat se malle quidlibet pati, quàm inire matrimonium. Unde S. Congr. apud Dian. p. 11. tr. 2. ref. 70. decidit tunc abstinendum esse à coactione. Cautelâ tamen magnâ hîc opus est, bene consideranda initia, & causæ talis horroris; an non frivolæ sint. R. 6. cum eodem n. 339. sufficiens præterea causâ dissolvendi est, si sponsa, quæ putabatur non pauper, non adferat dotem: quia in omni actione nuptiali includitur promissio dotis. Denique si causâ dissolutionis maneat dubia, accedere debet iudicium superioris Ecclesiastici; in foro autem conscientiæ sufficit moralis certitudo, ut dissolvantur. Tamb. l. 8. c. 5. §. 9. n. 7, & 8. Sanch, Hurt. &c.

Q. 8. *An defectus, vel causa post sponsalia* 362.  
*primùm cognita, qua si fuisset cognita ante, jus det*  
*ea dissolvendi?* R. affirm. quia paria censetur non esse, & non apparere. Et ideo etiam paria sunt aliquid supervenire, & præcedere ignoranter. Sanch. l. 1. d. 63. n. 3. Less, Laym, &c. Talis defectus, & causa foret, si sponsus primùm post sponsalia intelligat sponsam ineptam esse ad generationem. Gob. n. 308. Itèm si resciat non habere nobilitatem, quam habere putabatur. Gob. n. 343. Itèm si sponsus resciat sponsam esse for-

nicatam, aut imprægnatam ab alio; non item si sponsa resciat fornicatum sponsum; quia vitium hoc minoris æstimationis est in sponso, quàm sponsa. Sanch. l. 1. D. 63. n. 3. & 9. Excipe nisi sponsum ex fornicatione prolem haberet. Krim. in l. 4. Decretal. n. 312. Palaus, Coninck. Item si unus sponsores resciauerit habuisse, & habere morbum gallicum, lepram &c. Ità Sanch. cit. n. 2. idem est, si prius putata Virgo, dein comperiatur vidua.

363. Q. 9. *An tali defectu laborans teneatur eum in contractu manifestare?* B. affirm. quia cæteroquin parti ignorantem imponitur onus, in quod non consentit. Gob. n. 367. Quod si defectus non afferret specialia incommoda, quamvis, si resciretur, daret iustam causam dissolvendi sponsalia, ordinariè teneri potest, & contractus absolvi. La Croix l. 6. p. 3. n. 182. Tunc verò manifestari debet, cum erupturus videtur defectus, ac graves rixas, & discordias pariturus. Quòd si manifestato defectu pars altera sponsalia ratificet, vel expressis verbis, vel ipso facto, & præsertim copulâ; non amplius licet rescilire. Sanch. l. 1. D. 66. n. 2.

364. Q. 10. *Quomodo dissolvat discessus in terram longinquam?* de his jus Canonicum c. de illis. de spons. expressè dicit: *de illis qui prestito juramento promittunt se aliquas mulieres ducturas,*

Et postea ets incognitis dimittunt terram, se ad partes alias transferentes, hoc tibi volumus innouescere, quod liberum erit mulieribus ipsis -- ad alia se vota transferre. Gobattamen n. 353. expectandum censet aliquo tempore juxta viri prudentis iudicium. Si sciret brevi rediturum, omnino non posset ad alia sponsalia transire. Idem est si iusta causa absentiae adesset. Si sponsus insciã, vel invitã sponsã aliõ sit profectus animo emanendi; aut jam alibi domicilium fixerit, non tenetur, etiam momento, expectare: quia censetur renunciãsse suo juri. Vide Sanch. D. 54. a. n. 10.

**Q. II. Quomodo ingressus in religionem, votum, Ordines sacri dissoluant sponsalia?** R. I. per ipsum ingressum in Religionem professione necdum secuta dissolvuntur ex parte remanentis; ingredientis autem obligatio non extinguitur, sed tantum suspenditur, itã ut egrediens obligetur ad contrahendum matrimonium, si compars velit. Itã contra Sanch. l. 1. D. 42. n. 5. Suar. t. 3. de Rel. l. 4. c. 5. n. 14. Ledesma, Manuel &c. Rationes prioris partis sunt: quia ingressus in Religionem est tacita quãdam renunciatio; ergo eo ipso pars remanens acquirit jus pariter renunciandi. Deinde per ingressum talem fit notabilis mutatio in ingrediente. Demum professio religiosa solvit ipsum matrimonium: ergo ingressus in Novitiatum saltẽm sponsalia solvet, Rationes pro altera parte

365.

parte sunt: novitiatus neque ex natura, neque ex jure solvit sponsalia. 2. Pars remanens tali casu non cessit jure suo. 3. Quia religionis desertor indignum se reddit, ut favore religionis eximatur ab obligationibus antea contractis. 4. Aliàs via aperiretur multis fraudibus. R. 2. Votum simplex castitatis, cælibatûs, suscipiendi Ordines sacros post sponsalia emissum, probabilius ea non dissolvit. Nav. Summ. c. 22. Sanch. l. 1. d. 43. n. 6. Armill. &c. Ratio est: quia tale votum est illicitum, consequenter DEO nequaquam placens: est enim juri alterius præjudicans. Unde forum externum solet tales voventes compellere ad fidem servandam. Nec obstat, quòd post sponsalia inlicitum sit emitteere votum ingrediendi religionem: quia pro hoc habetur clarum jus c. verum 2. ex publico 7. de convers. conjug. quale non habetur pro voto castitatis simplicis, vel cælibatûs, vel ordinis suscipiendi.

366. Q. 12. An si obstrictus voto castitatis, cælibatûs, Religionis, vel ordinis suscipiendi, sponsalia contrahat cum defloratione sponse voti ignara, obligetur ad votum? an ad sponsalium impletionem? R. sententiam utramque ponderosam pro se habere auctoritatem. Ratione tamen perpensa probabiliorem esse sponsalia voto prævalere. Ratio autem hæc est: quia votum non obligat rebus notabiliter mutatis, quod hic prorsus notabiliter evenit,

nit, adveniente nimirum fortissimò justitiæ vinculo, & damno sponsæ ex voti impletione secuturo. Sicut ergo qui vovisset se daturum; eleemosynam 100. fl. inferretque damnum tanti æstimatum, quod aliunde solvere non posset, teneretur dare illos 100. fl. DEO promissos. Itèm si ære gravatus vovisset Religionem, teneretur ingressum omittere, aut suspendere, quàm diu spes affulget possibilis solutionis; sic tiam hìc.

## ARTICULUS II.

## §. I.

**Quid, & quotuplex sit Matrimonium?**  
quæ Ejus materia, forma, &  
Minister?

**Q.** I. *Quid sit matrimonium?* R. cùm ma-<sup>367.</sup>  
matrimonium sumi possit vel pro vinculo, vel pro contractu, vel pro Sacramento, ideo variè à variis definitur. Universalis definitio etiam matrimonio, quod non est Sacramentum, conveniens est: *matrimonium est conjunctio maritalis viri, & femina inter legitimas personas individuum vitæ consuetudinem retinens.* Prout verò est Sacramentum bene definitur: *est Sacramentum conjunctionis maritalis viri, & femina inter legitimas personas causativum gratiæ, & individuum*

*duam vitæ societatem retinens.* Sanch. l. 2. d. 1. n. 2. notat septem in matrimonio intervenire. 1. Est mutuus consensus. 2. Externus contractus. 3. Mutua corporum traditio. 4. Vinculum ortum ex illo contractu. 5. Mutua obligatio ad reddendum debitum, cohabitandum &c. 6. Jus quod est in unoquoque ad alterum. 7. Usus, & consummatio matrimonii.

368. Q. 2. *Qualis debeat esse consensus inter contrahentes matrimonium?* R. debet esse talis, ut sit ex parte utriusque vera intentio invicem tradendi, & acquirendi dominium corporum in ordine ad copulam, Ità communis. Non est tamen necessaria intentio copulæ exercendæ, neque obligationis proximæ ad illam, ut patet in Beatissima Virgine, & S. Josepho. Imò potest stare, ut simul ineant pactum, & obligationem nunquam eam exercendi: non enim tenentur uti jure illo; licet jus remotum abdicare non possint. Ratio horum est, quia generatio actualis est tantùm finis accidentalis matrimonii, essentialis verò mutua traditio corporum, & radicalis obligatio reddendū debitum. Et licet desit utilitas generationis; adsunt tamen utilitates aliæ, nempe individua vitæ societas, mutuuum auxilium in necessitate, & gubernatione familiæ, immunitas à fornicatione &c. R. 2. ut consensus matrimonialis subsistat, debet intentio interna externè manifestari, & acceptari à parte  
utra-



utraque; potest autem externè manifestari verbis, nutu, gestu, carnali copula perfecta, epistolâ &c. Fill. p. 1. n. 78. Tamb. tr. 4. c. 3. n. 1. cum torrente.

Q. 3. *Qua sit materia, & forma matrimonii?* R. cum communi: Materia remota sunt corpora contrahentium, proxima mutuus consensus externis signis expressus, quatenus habet rationem traditionis. Forma est idem consensus, quatenus habet rationem acceptationis. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 2. n. 2. Vasquez &c.

Q. 4. *Quis sit minister hujus Sacramenti?* R. ministros esse ipsos contrahentes; non verò Parochum. Busenb. tr. 6. c. 2. d. 1. cum communi. Ratio est: quia contrahentes conficiunt hoc Sacramentum; Parochus autem tantum assistit ut testis. Nec obstat quòd Parochus benedicat: quia benedictio hæc est tantum quoddam Sacramentale, ut loquitur D. Thom. in 4. dist. 26. a. 1. ad 1.

Q. 5. *Quotuplex sit matrimonii bonum?* R. esse triplex: *fidem*; ut abstinence ab adulterio, *prolem*; ut hæc amanter suscipiatur, benignè nutriatur, & religiosè educetur, *Sacramentum*; ut conjugium non separetur, & dimissus, aut dimissa nec causâ proli alteri jungatur. Ad quæ tria bona per consensum contrahitur obligatio in valido matrimonio; licet ad valorem non requiratur has obligationes exequi. Aversa q. 3. s. 4. Krim.

Krim. à n. 701. apud La Croix hic n. 236.  
Horum bonorum occasione

372. Q. 6. *Qui universim sint fines matrimonii?* R. fines alios esse *intrinsicos*, alios *extrinsicos*; bonos vel malos; *primarios* vel *secundarios*. *Intrinsici* sunt prolis generatio, conjunctio animorum ad mutua auxilia, obsequia, remedium concupiscentiæ. *Priores* sunt *primarii*, posterior est *secundarius*. Inter fines *primarios* etiam est gratia tum sanctificans, tum Sacramento propria. *Extrinsici* fines sunt divitiæ, nobilitas, pulchritudo &c. quos quàm diu honesti sunt, vel indifferentes, licitum est intendere cum aliis. Malos autem fines simpliciter illicitum est intendere, ut solam voluptatem carnis, negationem debiti, libidinem generationi adversantem. Sanch. l. 2. D. 29. n. 29. Perez. D. 18. l. 7.

373. Q. 7. *Quotuplex sit matrimonium?* R. matrimonium rectè dividi à Theologis, & Canonistis in *verum*, & *presumptum*; *ratum* & *consummatum*. *Verum* est, cui nihil essentialium, & substantialium deest. *Presumptum* est, pro cujus veritate militant tales præsumptiones, seu conjecturæ, ut juxta regulas juris habeatur pro vero, esto fortè fallant tunc regulæ. *Ratum* est id, quod nulla perfecta copula carnalis est secuta, *Consummatum* est, quod copula talis consecuta est. Ex quo sequitur non esse matrimonium consummatum, licèt sponsus spon-

sponsam ante contractum matrimonialem carnaliter cognoverit. Gob. tr. 10. n. 401. & sequent.

Q. 8. *Quid sit matrimonium fictum? quas vires habeat? an aliquando licitum, & quomodo iterandum?* R. matrimonium fictum idem est, ac simulatum, quando simulatur consensus, qui reipsa non est. Patet matrimonium tale esse nullum. Obligat tamen, per se loquendo, simulatorem, ut mutet fictionem, & serio, sincerèque consentiat. Dian. p. 3. tr. 1. resol. 247. Gob. hùc n. 411. Ratio est: quia qui ficto animo init matrimonium, tenetur ex justitia sinè simulatione inire; cum altera pars concedat ipsi jus in suum corpus per contractum: *do, ut des*; ergo quàm diu non consentit serio, continuat peccatum injustitiæ. Excipit Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 6. si uxor falsò se venditavit pro virgine. 2. Si ex tali matrimonio timeantur infortunati exitus. 3. Si deceptor sit multò eminentioris statùs, quàm decepta; dummodo spe matrimonii copula non intercesserit. 4. Si deceptor inicit validè aliud matrimonium. Addit Gob. n. 412. si fictè consentit ob metum gravem. Porrò ad fictionem deponendam per se loquendo requiritur novus consensus, nisi ex illo timeantur gravia mala: tunc enim juxta Lessium in Auctar. v. *matrimonium* c. 3. Sanch. Palao, Bonac. potest dissimulari. Cæterum consensum talem juxta declarationem Pii V. *P. Herzig Man.*

Q

apud

apud Navarr. in Enchir. c. 22. opus non est coram Parocho revalidare. Vide Gobat. cit. n. 415.

375. Q. 9. *Qua regula servanda, si formula contractus obscura sint, vel dubia?* R. cum Kugler hic n. 64. & sequ. varias allegante auctoritates, regulam primam esse: in foro interno, imò etiam externo si de mentelocquentis constet, verba sunt intelligenda, non secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis. 2. Ast ubi de mente contrahentium non constat, in foro externo verba intelligantur, secundum propriam significationem, & communem intelligentiam. 3. In dubio de valore matrimonii contracti statur pro valore in foro utroque.

376. Q. 10. *An consensus matrimonialis debeat esse deliberatus, & liber?* R. affirmativè. Sicut dictum suprâ de sponsalibus. Unde matrimonii contrahendi incapaces sunt perpetuò amentes, vel furiosi, plenè ebrii, passioni sic dediti, ut per hanc rationis usus perturbetur, & impediatur; nè actus liberi elici queant.

377. Q. 11. *An validus sit consensus praestitus ex metu, aut vi?* R. si metus sit gravis, & cadens in virum constantem; facit consensum matrimonialem nullum. Ità teste Leandro apud Kugler de matrim. n. 89. Theologi, & Canonistæ omnes. Ratio est: quia tale matrimonium esset obnoxium dissidiis, aliisque gravibus malis, neque obtineretur

finis, aut triplex bonum matrimonii Q. 5. recensitum. Est autem metus gravis, & cadens in virum constantem, qui est de gravi malo, quod etiam virum prudentem non absque ratione conterreat, quodque prudenter credatur eventurum. Ut verò metus contractum invalidet, debet esse in ordine ad extorquendum matrimonium, non autem ad alium finem consequendum. Deinde debet esse talis, qui facile declinari non possit. 3. Debet esse injustè incussus, id est, ab homine, qui non habet jus incutiendi, ut explicat Gob. de voto. n. 434. Porò mala gravia sunt mors, aut periculum mortis, mutilatio, cruciatus corporis per gravia verbera, servitus, carcer perpetuus, vel atrox, aut vincula, stuprum inferendum, gravis injuria tam juris, quam facti, amissio omnium, aut magnæ partis bonorum, exhereditatio injusta, exilium, terror armorum &c. Quòd si causâ metûs cessante pars metum passa sponte cohabitaret, vel spontaneam copulam admittat, vel signis quibusdam ratificet, purgatur metus, & consensus validatur. Kugler hic n. 114. Ubi etiam declarat metum non præsumi, sed probandum esse; pro quo sufficiunt probationes non plenæ, nisi matrimonium sit dissolvendum. In dubio: an metus fuerit gravis, vel levis? præsumptio stat pro valore. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 5. n. 4. Causa, ob quam consensum matrimoniale irritat metus,

pariter, si non ampliùs urget in vi, & violentia, quâ consensus exprimitur. Plura de his infra de impedimento vis, aut metùs.

378. Q. 12. *An valeat matrimonium sub conditione inicum?* R. sæpe valere; rarò tamen admitti debet, ut conditionatè contrahatur. Ratio est: quia ex his conditionibus non subsistentibus, vel non impletis, possunt oriri gravia incommoda, scandala, dissolutiones. Dixi autem *sæpe valere*, tunc videlicet; quando conditio est subsistens de præfenti, aut præterito. Nam si sit de futuro, contractus habet solùm vim sponsalium. Vide quæ suprà de sponsalibus conditionatis §. 2. q. 4. sunt dicta. Interea nota, matrimonium sub conditione honesta inicum suspendi, dum conditio purificetur c. *si per eos*. de cond. appos. & c. *de illis* eod. tit. Perficitur autem, & absque novo consensu, aut assistentia Parochi validum redditur: hæc enim est communis natura contractuum conditionatorum, ut absque novo consensu per eventum conditionis perficiantur. Conditio turpis, nisi advertatur seriò adjici, habetur pro non adjecta. c. *fin. de cond. appos.* Excipe nisi tollat aliquid ex tribus bonis matrimonii, adeoque nisi repugnet substantiæ matrimonii, aut illius substantiali proprietati. Sic bono *fidei* repugnat conditio tradendi se adulterio profaciendo quæstu &c. Bono *prolis* conditio sumendi venenum sterilitatis, occidendi proles nasci-

nascuras, eas mutilare, excæcare &c. *Bono Sacramenti* conditio matrimonium dissolvendi, & aliæ, quibus tollitur radix, & actus primus, seu obligatio respectu dictorum bonorum; quanquam quoad actum secundum bonum fidei, & prolis, absque actus irritatione excludi possit. Et hoc videtur etiam subsistere, si conditio matrimonio contraria apponatur non per modum obligationis, & pacti; sed ut præcisè actum suspendat usque ad purificationem conditionis; quanquam opposita valde etiam sit probabilis.

*Q. 13. An valeat matrimonium ab absente per procuratorem, literas, vel nuntios contractum?* R. validum esse, si procurator contrahat coram Parocho, & testibus; si sponsa literas legens acceptet similiter coram iisdem; si denique nuntii utriusque traditionem, & acceptionem, significant etiam coram illis. Ratio valoris hujus est; quia etiam alii contractus fieri istis modis possunt inter absentes. Ratio ulterior est: quia potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum. Itèm; qui facit per alium, est perinde, ac si faceret per se ipsum. Reg. 68. & 72. Juris in 6.

*Q. 14. Quando nam præsumatur, aut quomodo probetur, quod matrimonium sit irritum?* R. præsumptionem 1. esse ex verbis contractus. 2. Ex consummatione, 3. Ex deductione sponsæ ad domum viri. 4. Ex

cohabitatione decem annorum. Quando adest fama viciniae: quod vir mulierem in lecto, & mensa ut uxorem habuerit. Si brevius tempus cohabitationis sit, accedere debent alia signa nudae cohabitationi. §. Ex publico instrumento coram tribus testibus. 6. Ex libro Parochi, qui inscripsit. Cæterum quaecunque sit præsumptio, si revera matrimonium invalidum est, nequam illud validat: *quia præsumptio cedit veritati.* Arg. L. *continuus* 137. ff. de Verb. obl. & L. ult. ff. *quod metus causa*. R. 2. pro valore matrimonii probando sufficienti sunt quicunque testes; pro invaliditate autem probanda requiruntur testes omni exceptione majores, uti habent jura, & Authores apud Sperel. decis. 75.

§81. Q. 15. *An ratio Sacramenti sit separabilis à ratione indissolubilis contractus inter fideles, seu baptizatos?* R. Contra eos, qui potissimum id fieri posse asserunt defectu intentionis suscipiendi Sacramentum, optime negativè. Ità Sanch. l. 2. d. 10. n. 6. Laym. l. 5. tr. 10. p. 102. n. 2. & alii plurimi. Ratio est: quia Christus verum matrimonium fidelium immediatè elevavit ad rationem Sacramenti: nam Concilia absolutè dicunt: quod matrimonia fidelium sint Sacramenta. Unde si requisita desit intentio suscipiendi Sacramentum, matrimonium erit nullum.



**Q. 16.** *An supposita dispensatione in irape. 382.*  
*dimento disparis cultus matrimonium inter baptizatum, & non baptizatum sit Sacramentum?*  
 R. negativè. Ità Krim. n. 350. Sanch. Barb. &c. ratio est: quia sicut est unus duorum contractus, & unicum vinculum; ità debet esse unicum Sacramentum; ergo cum non baptizatus non sit capax Sacramenti, deficit totum Sacramentum. Quod si infidelis convertatur, probabiliùs matrimonium tale transit in Sacramentum. Bellar. l. 1. de matr. c. 5. dicens esse communem Theologorum. Quod verum omnino est, si saltem de novo consentiant.

**Q. 17.** *Quandonam propriè dicatur consummari matrimonium?* R. 1. cum Sanch. l. 2. d. 21. n. 12. non consummari per copulam ante matrimonium habitam: quia talis copula fornicaria est, non matrimonialis. Excipe nisi fiat in loco, ubi Trid. non est receptum. R. 2. quomodocunque effundatur semen; dummodo matrix illud excipiat, consummatur matrimonium. Bondevius p. 2. q. 19. cum Cordub. Soto, Lopez &c. & è contrà. Ratio est: quia tunc censetur caro una, si sit copula, quæ ad generandum sufficiat, & è contrà. R. 3. Conjux primo bimestri vi oppressa à viro suo matrimonium consummat; quia verè fiunt una caro, repræsentantque unionem Verbi cum humanitate quoad substantiam, licet non repræsentent quoad circumstantiam voluntaria

tariæ copulæ, & sanctæ. La Croix l. 6. p. 3.  
n. 282. & 283.

## §. II.

### De usu Matrimonii, seu actu Conjugali.

384. **Q. 1.** *An usus matrimonii, seu actus conjugalis, sit licitus?* *R.* affirmative. Est de fide: clarè enim eum Apostolus suadet 1. Cor. 7. v. 3, *uxori vir debitum reddat.* Ad hoc tamen requiritur bonus finis, quales sunt: bonum prolis, redditio debiti conjugalis, remedium concupiscentiæ propriæ, & alienæ, corporis sanitas &c. Debet proinde saltèm virtualiter referri ad glorificandum DEUM, ut non sistatur in fine creato contra finem Sacramenti ad DEI honorem instituti. Ad quod satis est, si conjuges ab initio matrimonium inierint propter hunc finem, nec in ipso actu intentionem contrariam habeant; licèt cæteroquin in actu immemores sint hujus finis.

385. **Q. 2.** *Quando per accidens usus matrimonii sit illicitus?* *R.* illicitum esse 1. si matrimonium sciatur esse nullum. Quòd si pars una nullitatem cognitam habeat, non potest licite, quocunque periculo proposito, matrimonio uti; nec petenti ignorantis satisfacere; sed debet nullitatem, aut impedimentum manifestare. Si verò hoc facere nequeat absque grandi suo damno, debet vel

vel ingredi Religionem, vel petere dispensationem, si obtineri possit, aut fugere; vel si causam videt divortii, divortium amplecti; vel denique omnia incommoda patienter tolerare. Bonac. q. 8. p. 8. n. 16. In dubio standum est in utroque foro potius pro valore, quàm pro nullitate. Sanch. l. 1. d. 18. à n. 5. Si tamen dubium sit tale, ut pro valore non habeatur probabilis ratio, probabilius est juxta eundem Sanch. l. 2. d. 44. n. 2. & 3. cum aliis, dubitantem posse quidem reddere debitum, si id petentem precibus, vel alio modo avertere à proposito nequeat; non tamen petere. 2. Illicitum est, si fiat cum gravi periculo vitæ, aut sanitatis, nisi gravius aliàs damnum eventuum excuset, ut periculum incontinentiæ. 3. Illicitus est, si fiat pravo fine. 4. Si exercetur mente adultera. 5. Si fiat modo indebito: ut si fiat modo innaturali præpostero; quod tamen multi dicunt esse tantùm veniale, si absit periculum effusionis seminis. 6. Si fiat loco indebito, sacro, vel publico. 7. Si absque urgente causa fiat tempore indebito. Pro quorum declaratione majore,

*Q. 3. An usus præcisè ob sanitatem corporis sit licitus?* R. dummodo non excludatur finis primarius, docent multi cum Averfa esse licitum. Ratio est; quia non tenemur semper positivè agere ex fine intento à DEO, vel Legislatore; sed satis est, si actus

Es

no-

noster referatur ad finem honestum, & non excludatur ratio ad finem à lege intentum, qualis hìc est generatio prolis.

387. Q. 4. *An usus licitus sit ob solam voluptatem?* R. negativè. Constat ex damnata ab Innoc. XI. propositione n. 9. *opus conjugii ob solam voluntatem exercitum omni penitus caret culpâ, ac defectu veniali*: Intellige, si voluptas ita intendatur, ut in illa sistatur, excludatque primarium, vel secundarium matrimonii, aut alium finem honestum. Ratio est: quia inordinatum est cum exclusione finis velle sistere in eo, quod natura tantum ordinat tanquam medium. Hæc tamen inordinatio juxta communissimam veniale non excedit.

388. Q. 5. *Quid liceat conjugii, si post initum secundum matrimonium incipiat dubitare de vita prioris conjugis* R. si verè mortuus est prior conjugus, validum est matrimonium c. *Dominus*, de secundis nuptiis. Præcindendo autem, an vivat? vel non vivat? si mala fide pars utraque processit, neuter potest petere, aut reddere debitum. Sanch. l. 2. d. 44. n. 8. quia non est possessio matrimonio. Si verò unus tantum mala fide processit, is petere non poterit; qui verò bona fide contraxit, manet in possessione, potestque uti conjugio, si adhibita diligenti investigatione nihil resciri possit de vita, vel morte conjugis prioris. Colligitur ex cit. c. *Dominus*, de secundis nuptiis.

*Q. 6. An steriles, item illi, qui post matri-* 389.  
*monium facti sunt Eunuchi, aut impotentes, licetè*  
*tentent usum matrimonii?* R. quoad steriles  
affirmativè: quia sunt capaces copulæ semi-  
nalis, & per accidens est, quòd non se-  
quatur generatio, idem est de senibus de-  
crepitis. Idem R. quoad Eunuchos: quia  
licèt generare nequeant; servit tamen illis  
copula ad remedium concupiscentiæ.  
Sanch. l. 7. d. 102. n. 6. & 7. Quoad impo-  
tentem dico cum cit. Sanch. l. 9. d. 17. à n.  
20. Gob. tr. 10. n. 591. illi esse licitum ten-  
tare copulam etiam usque ad quoscunque  
annos, quamdiu spes manet, ut potens red-  
datur; quamvis semen per accidens effun-  
datur. In dubio: an impotentia sit antec-  
dens, an consequens matrimonium? licitum  
est tentare ad triennium. Sed de his plura  
infra.

*Q. 7. Quo tempore illicitus sit usus matri-* 390.  
*monii?* R. licèt aliqui doceant illicitum esse  
die, quo conjuges benedictionem matrimo-  
nii susceperunt; opposita tamen est proba-  
bilior: actus enim iste honestus est, & potest  
esse meritorius; benedictio autem physicè  
præterit. Die Communionis, Festi, jejunii,  
licitus pariter est, nisi pietas debita per eum  
impediatur. Illicitus verò est tempore flu-  
xus menstrui, juxta alios mortaliter, juxta  
alios venialiter. Ratio est periculum ali-  
quod viri inficiendi, & prolis monstrosæ  
gignendæ. Excipe, nisi justa causa v. g.  
peri-

periculum incontinentiæ excuset. Præterea illicitus est, cum alteruter conjux laborat gomorrhœâ, seu profluvio seminis. Ratio est proximum periculum tabis, & mortis ob irritatum profluvium. Excipitur iterum: si periculum sit incontinentiæ, quod, utpote animæ, præ altero est vitandum. Illicitus itè est juxta quosdam, si mulier sit gravida; Sanch, tamen licitum tunc censet l. 9. d. 22. n. 6. ob remedium concupiscentiæ. Idem docet, si coëatur statim post partum, dummodò nullum mulieri immineat grave incommodum, quod tamen medicorum judicio vix evitari potest. Unde usus hic omnino dissuadendus. Idem quoque docet, si mulier lactat; addit tamen consilii esse, ut absteineatur: cum medicorum non paucorum sensus sit, lac per conjugalem actum fieri perniciosum. Mox verò post prandium habere copulam illicitum dicit, quia nocet valetudini.

391. Q. 8. *Quæ specialia conjugum circa matrimonium sint peccata?* R. cum Busenb. in 4. præcept. d. 5. eos peccare primò, si non contrahant matrimonium cum debita intentione. 2. Si citra dispensationem omitant denuntiationes. 3. Si suscipiant hoc Sacramentum in statu peccati mortalis, Si insuper in contractu sciatur impedimentum dirimens, ajunt nonnulli addi etiam speciem sacrilegii; quia ut ministri tentant rationem Sacramenti facere irritam, & juxta hos

hos committitur peccatum duplex, unum: quia indignè ministrant; alterum: quia indignè suscipiunt. Contrahens verò cum constituto in mortali, si non possit omittere absque gravi incommodo, nec procurare statum gratiæ, non peccat, ut docet communis cum Sanchez, Lug. &c. 4. Si utantur matrimonio contra naturam, vel modo indebito, vel cum periculo abortûs. 5. Si debitum sinè justa causa negent. 6. Si cum periculo pollutionis habeant tactus impudicos. 7. Si in actu conjugali imaginentur sibi cum turpi affectu personas alias. 8. Si commisceant corpora, sed studiosè contineant semen, cum periculo semen contra naturam effundendi. 9. Si viro seminante uxor studiosè semen contineat. Aliqui tamen cum Gobat à mortali excusant, dummodò non intendatur impedimentum generationis, ratione ducti: quòd semen mulieris ad generationem non sit necessarium. 10. Si nxor sumat pharmacum ad impediendam conceptionem prolis, vel procurandum abortum. 11. Si post copulam, quam non consummavit, per tactus se ipsam provocet, ut seminet; uti & si vir per tactus ad idem cooperetur. Sanchez tamen l. 9. d. 17. n. 9. & 10. censet sic provocare mortale non esse. 12. Si nolentes coire se ipsos tangant, quod veniale est, si absit periculum pollutionis, Dian. p. 3. tr. 4. ref. 215. 13. Si vir immittat verenda in os uxoris, quod mortale est

le est ob magnam repugnantiam naturæ rationali. Ob rationem eandem mortale videtur osculari verenda. La Croix l. 6. p. 2. n. 1038. 14. Si copulam cceptam abrumpant cum periculo effundendi seminis, quod mortale pariter est, veniale, si citra periculum id fiat sinè justa causa. Sanch. 9. d. 19. n. 10.

392. Q. 9. *Quæ juvent ad evitanda multa peccata in conjugio?* R. cùm Petro Tholosano in syntaxi artis mirabilis l. 23. c. 3. si vir meminerit uxorem suam sibi datam à DEO, ut non viliùs tanquam ancillam, nec magnificentius ut Dominam habeat. 2. Si uterque servat thori fidem. 3. Si vir sit uxori, & liberis exemplaris. 4. Si nunquam uxori incutiat metum sinè verecundia, & aliqua reverentia, peccata modica ignoscendo. 5. Si illa vir præsens dicat, & faciat, quæ eo absente uxorem moneant.

393. Q. 10. *An actus conjugalis sit praeceptus?* R. nullam esse obligationem eum petendi: quia nemo tenetur uti jure suo. Excipe nisi charitas, vel periculum incontinentiæ, vel periculum salutis publicæ id exigant. Reddendi autem debitum obligatio est ex justitia ex contractu mutuo resultans D. Thom. in 4. D. 92. q. 1. a. 2. Unde graviter peccat vir, vel uxor, si se impotentem reddat etiam mediis aliis licitis, ut jejuniis &c. Itè si seriò, & instanter petenti debitum neget, nisi precibus, aut alia ratione honesta averti possit;



possit; & petitio non sit immoderata, aut  
iusta causa adsit, qualem Perez D. 50. Sec 4.  
n.6. esse censet, si plures nascantur proles,  
quàm ali possint. Hæc obligatio debitum  
reddendi juxta Busenb. hîc etiam urget re-  
spectu illicitè petentis v. g. voto obstricti,  
dummodo redditio ipsa hîc, & nunc non sit  
illicita: malitia enim petentis non dat jus  
negandi; opposita tamen videtur probabili-  
or: quia cùm illicitè petens amiserit peten-  
di jus, reddens ei cooperatur ad peccatum.  
Pont. l. 10. c. 3. à n. 819. Desinit verò hæc  
ipsa obligatio 1. primis duobus mensibus  
post initum matrimonium. 2. Si alter al-  
teri debitum remisit. 3. Si consensu mu-  
tuo voverunt castitatem. 4. Si petens sit  
amens, vel èbrius. Nav. c. 16. Laym. l. 5, tr.  
10. p. 3. c. 1. n. 9. Imò tunc nec reddi posse  
licitè, docet probabilior; ne reddens petenti  
illicitè cooperetur. 5. Si alter mœchatus  
sit, vel incestum commiserit. 6. Si ex red-  
ditiōe grave malum. aut periculum, sibi, vel  
proli meritò timeatur; ut si petens morbo  
contagioso laboret; vel uxor tali morbo, cui  
copula noceret, vel si uxor sit gravida, &  
periculum mortis, vel abortus timeatur.  
Bonac. q. 4. p. 1. n. 8. p. 6. n. 10. 7. Si alter  
debitum exigat modo innaturali, nisi ex  
negatione timeantur majora mala, ut rixæ,  
odium &c. Si petatur in loco sacro, aut  
publico.

## §. III.

## De Divortio.

394. **Q.** 1. *Quotuplex sit divortium?* **R.** cum Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 1. dupliciter accipi divortium. 1. Pro separatione conjugum dissoluto eorum matrimonio quoad vinculum. 2. Pro separatione conjugum duntaxat quoad thorum aut etiam cohabitationem.

395. **Q.** 2. *An fieri possit inter fideles divortium primo hoc sensu acceptum, si consummatum sit?* **R.** negativè. Est de fide, quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi ad Rom. 7. v. 2. Idem habetur 1. ad Cor. 7. v. 39. Constat etiam ex Flor. & Trid. Sess. 24. de ref. matrim. Can. 5. & 7. Unde dum Christus Matth. 5. v. 32. ait uxorem non dimitendam nisi ob fornicationem, intelligendus solùm est de dimissione quoad thorum, non vinculum. An autem vinculum matrimonii indissolubile sit ex natura? an tantùm ex præcepto Divino? controvertunt auctores. Dixi si consummatum sit: nam matrimonium ratum, licet dissolvi nequeat mutuo consensu (cùm illud contrahentes juri suo renuntiaverint in matrimonium consentiendo, quod saltèm ex præcepto Divino exigit perpetuam vitæ societatem) nec per impotentiam supervenientem, nec per susceptionem Ordinis sacri; potest tam-

men

men dissolvi ex privilegio Christi per professionem Religiosam, ut declaravit Trid. Sess. 24. de matr. Can. 6. Item per dispensationem Pontificiam potestate à DEO Ecclesie concessa; quâ decem Pontifices usos refert Pignat. t. 1. Conf. 148.

Q. 2. *An dissolvatur matrimonium infidelium etiam consummatum, si unus veram fidem amplectatur?* R. non solvi quidem per Baptismum; solvi tamen posse, ita volente aut dispensante DEO 1. si remanens infidelis ideo nolit cohabitare converso, quia conversus est: nam Apost. 1. ad Cor. 7. v. 15. dicit: *Si infidelis discedit, discedat.* 2. Si infidelis quidem velit cohabitare, sed non sine injuria creatoris. 3. Si immineat periculum perversionis. Quibus casibus conversus aliud matrimonium inire potest, etiam non expectatâ sententiâ judicis. Perez d. 36. Sec. 6. n. Si ambo conjuges convertantur, neuter potest ab altero discedere, sed matrimonium eorum per Baptismum firmiter ratum. Sanch. l. 2. d. 9. n. 1. Gob. tr. 10. n. 390. transitque insimul in rationem Sacramenti; licet consensus coram Parocho, & testibus non renovetur. Porro ut constet de infidelis obstinatione, moneri debet, & interrogari: an velit converti? nisi in remotissimis partibus esset, unde ejus voluntas resciri non possit.

Q. 3. *An matrimonia hereticorum sint in dissolubilia?* R. si valide contracta sint, affir-

P. Herzig Man.

R.

fir.

firmativè, non aliter ac Catholicorum. Ratio est: quia omne matrimonium baptizatorum per se loquendo est Sacramentum, & indissolubile. Ratio ulterior est: quia hæretici vel volunt contrahere dissolubiler, & tunc matrimonium est nullum; vel volunt contrahere indissolubiler, sicut fideles contrahunt, sicut Christus voluit, quod ordinariè præsumi debet, & tunc matrimonium inicitur verum, consequenter totam vim habet veri matrimonii, adeoque etiam indissolubilitatem.

398. Q. 4. *An etiam post primum bimestre, si daret matrimonium ratum, licitè eligatur ingressus in religionem?* R. etiam extra illos duos menses, qui c. ex publico. de convers. conjug. conceduntur conjugibus ante consummatum matrimonium ad deliberandum: an velint ingredi Religionem (licèt non obstante hoc primo bimestri uterque licitè petat debitum, alter etiam licitè neget) conceditur ingressus in Religionem, etiam si pars ingrediens illicitè negasset debitum, Gobat tr. 10. n. 689. Sanch. Laym. Idem, quod tenet probabilior, est, licèt uxor à viro coacta fuisset intra bimestre ad copulam. Quanquam talis profiteri debeat inter viduas, vel conjugatas. Averf. q. 23. §. 10. Sanch. &c. Ratio est: coacta ob scelus alterius non debet privari jure suo, nec peccanti scelus debet suffragari, ut retineat uxorem. Porrò si alteruter ingrediatur, alter expe-

expectare debet professionem alterius, antequam contrahat cum alio. Averf. q. 2. f. 6. cum aliis.

Q. 5. *Quandonam licitè fiat divortium quoad iborum?* R. licitè fieri 1. ob conjugis culpabile adulterium, bestialitatem, sodomiam, & alias luxuriæ species, non tamen mollitiem, vel pollutionem, oscula, tactus, amplexus impudicos. Ubi nota 1. si adulterium sit certum, & publicè notorium, id est, si probationes habeantur in promptu; potest vir invita uxore, & propria autoritate non tantùm ingredi Religionem, ut habetur cap. *significasti*: de divortio, sed etiam suscipere ordines sacros, uti cum communi docet Sanch. l. 10. d. 11. per totum. Si verò ex divortio privata autoritate factò oriretur scandalum, debet solutio fieri autoritate Ecclesiæ. Nota 2. si uterque ejusdem criminis vel æqualis, licèt non omnino sit reus, divortium iniri non posse. Sanch. l. 10. d. 6. n. 5. Quod etiam dicendum de casu, quo innocens nocenti crimen jam condonasset, quod Perez S. 3. fieri censet, si innocens post adulterium cognitum nocentem rursus cognovisset. Nota 3. Quòd si divortium factum sit privata autoritate, & pars nocens emendata redeat, nec sit periculum relapsûs, teneatur eam pars innocens recipere. Can. *ego dixi* XXXIV. q. 1. & 2. 2. Licitè fit divortium ob hæresim, vel apostasiam, fit divortium ob supervenientem c. *quæsit*. c.

de illa, c. quanto de divortiis. Ubi nota 1. Catholicum non teneri suscipere redeuntem conversum, si iudicio Ecclesiæ facta est separatio, sed potest mutare statum, aut etiam in sæculo manere separatus. c. de illa. Hæreticus tamen statum mutare non potest. Avers, Sec. 9. Nota 2. licet ob quodvis crimen divortium fieri non possit; potest tamen ad tempus etiam propriâ autoritate fieri: si itâ postulare præceptum correctionis fraternæ, metus injusti damni, periculum ruinæ spiritualis. 3. Divortium licitè fit ob sævitiam mariti, vel uxoris, ob quam separatio potest fieri à iudice, imò si prævideatur mortis inferendæ periculum, potest præveniri sententia iudicis, Perez D. 56. S. 5. Laym. Bonac. &c. Ubi nota 1. in casu sævitiae non esse locum compensationi. 2. Si pro futuro non timeatur sævitia, sævitiam præteritam ad divortium non sufficere. 3. Quando concurrunt sæpius exercita sævitia, & timor prudens futuræ, non sufficienter consuli per cautionem. 4. Licitè fit divortium ob morbum contagiosum; ubi tamen pars valens cohabitare tenetur, si gravis detrimenti periculum absit. 5. Denique licitè fit ob mutuum consensum; quod tamen non facilè admittitur, quoad cohabitationem nisi uterque Religionem ingrediatur, vel si uxor sit sexagenaria, vel quinquagenaria, vir suscipiat sacros Ordines. Porro factò divortio liberi ordinariè manere de-

debent penes innocentem expensis partis nocentis, saltèm post judicis sententiam. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 19. cum communi.

Q. 6. *An uxor teneatur sequi virum ad co-<sup>400.</sup>habitationem?* B. cum Busenb. hìc d. 3. affirmativè. Excipe 1. nisi ex sequela timetur grave onus, vel periculum vitæ, pudicitie, salutis &c. 2. Nisi vir post matrimonium factus esset vagus, nec facile sit sequi; secùs si ante fuit vagus, idque ipsa scivit. 3. si in contractu matrimonii additum fuit pactum de non mutando domicilio, & nulla gravis necessitas urgeat.

*ARTICULUS III.*

*De Impedimentis Matrimonii.*

*§. I.*

*De Impedimentis in genere.*

Q. 1. *Quotuplicis generis sint impedimenta ma-<sup>401.</sup>rimonii?* B. cum S. Thom. in 4. dist. 34. q. un. a. 1. impedimenta alia esse, quæ matrimonium reddunt illicitum, seu validum relinquunt; alia verò quæ non tantum illicitum, sed etiam irritum matrimonium efficiunt. Priora vocantur *impedimenta impediens*, posteriora *dirimentia*, non eo sensu, quòd matrimonium ratum dirimant, sed quòd impediunt, nè ratum fiat Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 1. n. 1.

402. Q. 2. *Ad quam potestatem pertineat talia inducere?* R. cum Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 1. n. 1. spectatâ rei naturâ, & seclufis Ecclesiasticis institutionibus, omnis Magistratus sæcularis, qui absolutam potestatem habet ferendi leges subditis, potest eadem impedimenta matrimonii tum impediencia, tum dirimentia ob justam causam decernere. Ratio est: quia matrimonium est contractus in naturæ officium, & ad propagationem communitatum institutus; quare perinde, ac alii contractus subjacet dispositioni Magistratûs. Nihilominus Ecclesia potestatem hanc principibus Christianis respectu fidelium interdixit, sibi que propriam reservavit. Ratio est 1. quia ita decuit, ut, postquam contractus matrimonii ad Sacramenti dignitatem est elevatus, Trid. Sess. 24. de Sacram. matrim. Can. 3. & 4. fideles iis subiecti non stringantur. Tann. de Matr. thesi 137. Ratio est 2. quia plurimum interest propter Sacramenti dignitatem hac in re uniformitatem inter omnes Christianos existere. Laym. cit. n. 3.

403. Q. 3. *An etiam Episcopus impedimenta matrimonii inducere possit?* R. negativè; sed debent universalibus Canonibus à summo Pontifice, vel generali Concilio decerni. Est communis, & constat ex praxi Ecclesiæ. Ratio est: quia causæ, quibus matrimonii valor vertitur semper gravissimæ judicatæ sunt; ut proinde universali Pontificis jure de-



definiri debeant. Et quanquam summus Pontifex per particularem sententiam exiusta, & gravi causa matrimonia quibusdam interdiceret, non faciliè tamen tali potestate utitur. Ità citatus Laym. n. 4.

Q. 4. *An leges Ecclesiasticae de impedimentis matrimonii, praesertim dirimentibus, etiam haereticos obligent?* R. cum Gob. tr. 9. s. 1. à n. 27. affirmativè. Haeresis enim non sufficit ad eximendum quempiam obligatione impedimentorum; sicut non sufficit ad eximendum ab aliis obligationibus per baptismum contractis. Unde concludit Gob. cit. omnia matrimonia haereticorum cum impedimento etiam juris Ecclesiastici esse irrita; excipit tamen impedimentum Claustrinitatis, & raptus; quod utrumque à Concilio Tridentino inductum, probabilissimum est nunquam esse promulgatum in terris Lutheranorum, & Calvinistarum.

## §. II.

### De Impedimentis impedientibus tantum.

Q. 1. *Quae sint impedimenta tantum impedientia?* R. praeter peccatum mortale, & excommunicationem, in quibus illicitum omnino est matrimonium contrahere; Impedimenta *impedientia tantum* sequentibus versibus ab Authoribus stringi solent.

*Ecclesia vetitum, nec non tempus feriarum,  
Atq; catechismus, crimen, sponsalia, votum,  
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.*

Vel ut Layman habet hic c. 15.

*Interdico, dies, crimen, sponsalia, votum.*

406. Q. 2. *Quid intelligatur per Ecclesia vetitum?*  
R. intelligi prohibitionem, seu interdictum  
Ecclesiæ, quod fit ab Episcopo, vel Paro-  
cho ob dubium impedimenti alicujus, vel  
inhabilitatis inter copulandos, Laym. l. 5.  
tr. 10. p. 4. c. 15. n. 1.
407. Q. 5. *Quid intelligatur per tempus feriarum?*  
R. intelligi tempus sacratum, quod à prima  
Adventûs Dominica usque in diem Epipha-  
niæ inclusivè, & à feria 4. Cinerum inclusi-  
vè usque ad octavam Paschatis inclusivè  
currit, Trid. Sess. 24. c. 10. de ref. matr.  
Ubi observa cum communi; his tempori-  
bus non prohiberi omnes absolutè nuptias,  
sed *solennes tantum*, illas videlicet, quæ fiunt  
cum benedictione nuptiali, & solennis  
pompe, traductione cum solenni convivio,  
aliisque lætitiæ signis, Sanch. l. 7. D. 7. n.  
17. Perez, Hurtado &c. Idcirco nullo com-  
muni jure interdicitur, nè quis matrimo-  
nium ineat sinè benedictionibus, & solemnâ  
illa' deductione sponsæ, convivioque immo-  
derato; consequenter non aget Parochus  
quidquam adversus Synodum Tridentinam,  
si tempore Adventûs, aut quadragesimæ as-  
sistat matrimonio non solenni benedictioni-  
bus dilatis in aliud tempus, uti & deductio-

ne, atque conviviō. Non est tamen facile admittendum, nisi urgeat necessitas, ut si in mortis periculo constitutus concubinam ducere velit. Quod praxim attinet, etiam pro assistentia non solenni tempore feriarum Parochi licentiam petere solent ab Episcopo. Cæterum probabile est solas benedictiones nunc prohibitas esse sub mortali; modestam autem traductionem, & convivium non nisi tunc, cùm scandalum est annexum.

Q. 4. Quid intelligatur nomine Catechismi? 408.

R. intelligi responsionem pro infante, quando suppleatur ceremoniæ post baptismum collatum in necessitate. Impedimentum juxta Sanch. l. 7. de 10. n. 12. Fill. Fagund. &c. sublatum videtur à Trid. Sess. 24. de ref. matrim. c. 2.

Q. 5. Quid nomine criminis intelligatur? 409.

R. cum Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 15. intelligi quædam crimina, ob quæ, quasi pœnitentiæ locò, abstinencia à conjugio, antiquis Canonibus decreta erat. Sunt autem hæc: 1. Uxorididium, 2. Presbyterididium. 3. Matrimonium cum moniali scienter initum. 4. Susceptio propriæ prolis de fonte baptismali ad impediendam redditionem debiti. 5. Publica pœnitentia, quàm diu durat. 6. Ratus sponsæ alienæ. 7. Incestus cum consanguineis conjugis, aut sponsæ adhuc viventis. Hoc *Criminis* impedimentum per non usum sublatum est, ut

R s

idem

idem Laym. docet complures alios referens, id ipsum sentientes.

410. Q. 6. *Quid intelligatur per impedimentum sponsalium?* R. intelligi, quod sponsalibus legitime contractis, nisi iusta de causa solvantur, licet cum alia matrimonium contrahi non possit. Coninck, Fill. Bonac. apud Busenb. tr. 6. c. 3. d. 1.
411. Q. 7. *Quale votum tantum impediatur, & non etiam dirimat matrimonium?* R. simplex votum castitatis. 2. Votum amplectendæ Religionis. 3. Votum matrimonium non ineundi. Quæ vota illicitum reddunt matrimonium, licet illud non invalident, uno casu excepto: si uxor in sæculo continentiam vovens marito licentiam dedit sacros Ordines suscipiendi; quo casu defuncto marito, nec quidem validè ad secundas nuptias transire potest, sicut constat ex c. *quia sunt*. 10. D. 28. Pro pleniori notitia.
412. Q. 8. *Quid intelligatur per Votum Simplex? quid per Votum Solenne castitatis?* R. Votum solenne est omne, & solum illud, quod emittunt vel Clerici ex constitutione Ecclesiæ, dum ordinantur in Subdiaconos, vel quod emittunt Novitii, aut Religiosi dum edunt professionem Religiosam. Cætera vota castitatis simplicia nuncupantur. Vota autem post biennium Novitiatûs in Societate JESU emitti solita simplicia quidem sunt; quemadmodum tamen emittentem verum Religiosum efficiunt, ita etiam matrimonium

nium non tantum impediunt, sed & dirimunt. Bulla Greg. 13. Ascendente Domino, licet ante contractum non dissolvant, ut bene docent Vasq. l. 2. d. 165. c. 3. Sanch. l. 5. moral. c. 1. n. 9.

Q. 9. An prater adducta impedimenta alia adhuc sint, qua matrimonia reddant tantum illicita? R. tria adhuc assignari posse. 1. Clandestinitatem, ubi Tridentinum non est receptum. 2. Omissionem denunciatorum, seu proclamationum. 3. Omissionem benedictionis; pro quorum pleniore noticia.

Q. 10. Quid circa Clandestinitatem sit observandum? R. sequentia: 1. clandestina matrimonia, quae videlicet sine denunciationibus, sine Parocho & testibus contrahuntur, etiam ante Tridentinum fuisse prohibita à multis Conciliis, ut testatur Leander de Matr. 7. q. 2. Gonzal. &c. 2. Quantumvis fuerint sic prohibita, non fuisse tamen invalida ante Tridentinum, ut ipsum hoc Concilium definit Sess. 24. c. 1. de reform. 3. Etiam defactò, quanquam illicita sint, valida tamen esse, ubi Tridentinum non est receptum; ubi verò receptum est, omnino sunt irrita. Ratio est: quia, cum Concilium Tridentinum Sess. 24. c. 1. cit. simpliciter invalidet contractum clandestinum, consequenter tollat materiam, & formam matrimonii clandestini solum ubi est receptum, sequitur, ubi receptum non est, contractum

non

non invalidari, ac per consequens subsistente materia, & forma matrimonium quoque subsistere. Rationes verò, quare Concilium clandestina matrimonia, nulla esse voluerit, sunt 1. quia cùm matrimonia clandestina probari non possent, facile conjuges commiscebantur cum aliis absque adulterii nota; imò transitus fiebat ad alias nuptias, cum perpetuo adulterio, negabantur proles ex illo conceptæ esse propriæ, cum gravi prolium, & boni publici detrimento. 2. Quia clandestinitas perpetuus fuit fons, & origo rixarum inter proles, & parentes, cœterosque consanguineos. 3. Sæpe contrahebantur cum impedimentis, quæ facilè detegi potuissent, si nuptiæ fuissent in facie Ecclesiæ celebratæ. Sanch. l. 3. D. 3. n. 3. Observandum. 4. licèt denuntiationes ad tollendam clandestinitatem requirantur; iis tamen omissis matrimonia non reddi invalida, dummodò coram Parocho, & testibus fuerint contracta. Sanch. l. 3. D. 5. n. 3. Plura de his infra, ubi de impedimento dirimentis clandestinitatis actum fuerit.

415. Q. II. *Quæ de Denuntiationibus sint scienda?*  
 R. summam illa exhiberi à Trid. Sess. 24. c. 1. de reform. matr. ubi sic: *precipit* (sacra synodus) *ut impoſterum, antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festiuis, in Ecclesia, inter Missarum solennia publicè denuntientur, inter quos matrimonium sit contrahendum; quibus de-*

denuntiationibus factis si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesie procedatur, - - - Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si tot precesserint denuntiationes; tunc vel una tantum denuntiatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus presentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant; ut, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur; nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut predictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentia, & iudicio sancta synodus reliquit. Ex his colligitur 1. graviter peccare contrahentes matrimonium omisis denuntiationibus, nisi impetrata prius dispensatione, quod Perez D. 42. l. 1. n. 7. verum esse censet, si etiam una tantum omitteretur. Oppositam tamen Perezio sententiam probabiliorè censet Kugler tr. de Matr. n. 226. si Parochus moraliter certus sit de carentia impedimenti. Itè graviter peccare Parochum eas absque justa causa, & dispensatione omittendo. Sanch. l. 3. D. 5. n. 6. Pœna verò, quæ statuitur Parocho c. fin. de clandestina despons. suspensionis ab officio per triennium, est sententiæ ferendæ, ut colligitur ex voce: *suspendatur*. Colligitur 2. denuntiationes fieri debere à proprio sponso Parocho. Unde si sponsi sint diversis Parochis subjecti, in utriusque Parochia fieri debent, Sanch.

Sanch. l. 3. D. 6. n. 4. Nisi consuetudo obtineat, ut in ejus solùm Parochia fiant, in qua nuptiæ sunt celebrandæ. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 10. Cæterùm denuntiandi potestatem exercere potest Parochus seu per se, seu per alium. Kugler. tr. de Matr. n. 231. Colligitur 3. denuntiationes fieri debere in Ecclesia, quanquam etiam fieri possint in oratorio, vel juxta Ecclesiam, aliòve loco confluyente populo. Busenb. l. 6. p. 3. tr. 6. c. 3. dub. 1. Colligitur 4. fieri debere inter Missarum solennia; non improbandus tamen mos juxta Gob. tr. 10. n. 522. si fiant post concionem. Colligitur 5. fieri debere tribus diebus continuis festivis, per quos intelliguntur dies, quibus convenire solet in Ecclesia multitudo magna populi. Continui autem dies sunt, inter quos non interponuntur multi dies festivi v. g. aliquot mensium Barb. de officio Parochi p. 2. c. 21. n. 19. Regin. Bon. Colligitur 6. dispensationem in denuntiationibus pertinere ad Episcopos, & Vicarios Generales: hi enim etiam intelliguntur propriè per li Ordinarii. Probabiliter tamen potestas hæc extenditur etiam ad Abbates potestate Episcopali gaudentes. Barb. de potest. Episcopi. allegat. 32. n. 30. Gob. tr. 10. n. 504. qui n. 404. addit, Parochum, licèt dispensare non possit; posse tamen declarare leges de denuntiationibus in casibus duodecim, quos refert, non obligare; consequenter posse in illis



illis sine denuntiationibus procedere ad assistendum, dummodo moraliter certus sit de carentia impedimenti, & denuntiationes post contractum Matrimoniale fiant, si fieri possint.

Q. 12. *Quenam scienda sint in particulari de obligatione manifestandi impedimenta, incumbente tum sponsis, tum aliis consciis, tum Parocho?* 416.

Ex dictis facile constare finem denuntiationum, seu bannorum, seu proclamationum esse, ut, si quo impedimento sponsi innotati sciantur, id manifestetur; quæ quidem obligatio ita urget, ut quisunque conscius teneatur, per se loquendo, sub mortali in ipsum pandere. Ita omnes teste Gob. cit. n. 529. Rationes desumuntur tum ex mandato Divino de impediendo peccato proximi, quale est: si in peccato matrimonium contrahatur; tum ex reverentia Sacramenti; tum denique ex præcepto juris Ecclesiastici. Proinde sponsi cognito impedimento, aut illud manifestare debent, aut à matrimonio ineundo desistere. Ita teste Perez D. 43. l. 7. post Sanch. l. 3. D. 14. n. 2. communiter Doctores. Alius verò id sponte manifestare tenetur. Et hoc non tantum de casu, quando sponsi malitiosè volunt contrahere; sed etiam dum impedimentum ignorant intelligit Dicastillo D. 3. dub. 28. n. 291. Oppositam tamen per quam probabilem censet Gob. tr. 10. n. 532. Quod intelligendum de casu, quo non subest periculum,

culum, nè postea manifestetur. Nec obstat, quòd impedimentum proveniat ex delicto, sitque notum uni soli, dummodo possit detegi utiliter, & sine magno proprio incommodo, ac scandalo, uti & sine malo tertii innocentis. Sanch. l. 3. D. 13. n. 4. Sufficit autem ad impedimentum probandum testis de visu, uti & auditu ex persona fide digna; licèt non sit standum ejus testimonio, nisi testetur de consanguinitate *c. licèt ex quadam* de testibus, & attestat. Porrò si testis manifestare vult impedimentum conjunctum cum infamia, prius monere debet obnoxium impedimento, ut desistat à cogitato matrimonio. Si non proficiat, repetenda est monitio coram aliquo bono viro, aut femina. Si & hoc non proficit, dicet Ecclesiæ. Sanch. cit. 3. Demum Parochus cognito impedimento tenetur prohibere matrimonium, & remittere ad Episcopum, vel ejus Officialem; neque potest assistere. Sanch. l. 3. D. 15. n. 11. nisi ex sola Confessione cognitum haberet; quo casu prohibere non audebit, sive publicè, sive privatim expetatur; imò neque admonere, nisi in Confessione. Quòd si tamen monitione tali facta non absque magno scandalo matrimonium omittere possent, aut omittere nollent, suadebit, ut contrahant sub conditione: *si Papa dispensaverit*, animo cohabitandi ut fratres, dum obtineatur dispensatio.

Perez D. 43. l. 7. n. 6. Si & hoc nolint, tenetur assistere.

Q. 13. *Quæ scienda de Benedictionibus?* R. 417.  
 summam & hæc complectitur Trid. Sess. 14. c. 1. de ref. Matr. ubi sic: *Eadem sancta synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent, statimque benedictionem à proprio Parocho fieri, neque à quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii sacerdoti concedi posse, quacunque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante. Quod si quis Parochus, vel alius sacerdos, sive Regularis, sive Sacularis sit, etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochia sponso sine illorum Parochi licentia matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit; ipso jure tam diu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. Unde colligitur 1. peccare sponso in locis, in quibus adhiberi solent benedictiones, si eas omittant; venialiter tamen tantum, nisi scandalum grave, aut gravis contemptus annexus foret. Gob. tr. 10. n. 562. Navarr. in manuali c. 22. Sanch. l. 7. D. 82. n. 6. cum pluribus. Id nihilominus intelligendum est de nuptiis primis: secundæ enim non benedicuntur, nisi primæ non fuissent be-*

nedictæ. Cùm conjux alter viduus est, sal-  
tèr si priùs non fuit benedictus, Consuetu-  
do est quorundam locorum, ut benedicatur  
Sanch. cit. n. 24. Colligitur 2. benedictio-  
nes fieri debere in templo à proprio Parocho,  
sinè cujus licentia si quis benedicat, suspen-  
sus sit ab officio, & beneficio: cùm ad unum  
à Concilio non restringatur. Est tamen su-  
sponsio hæc solùm à iudice ferenda. Ità  
rursus Sanch. cit. n. 27. Si sponsi sint potest  
benedicere; uterque enim est proprius.  
Gov. n. 566.

## §. III.

De Impedimentis dirimentibus  
in genere.

418. Q. I. *Qua sint impedimata dirimentia matri-  
monium?* R. illa numero quindecim  
sequentibus versibus exhiberi.

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,  
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,  
Ætas, affines, si clandestinus, & impos,  
Raptaque sit mulier, nec parti reddita ius.  
Hæc socianda vetant connubia, facta re-  
tractant.*

419. Q. 2. *An sciens, vel dubitans de impe-  
dimento dirimente valide contrahat?* R. si in-  
fidelis sciens, vel dubitans de impedimento  
juris

juris Ecclesiastici tantum v. g. consanguinitatis, vel affinitatis extra primum gradum contraxit matrimonium, validum est, post conversionem. Non item, si impedimentum est juris naturalis. Ratio est: quia tempore infidelitatis non erat subjectus Ecclesiae. Fidelis vero sciens, & ignorans seu Ecclesiastici, seu naturalis juris impedimentum, invalidè contrahit; licet ignorans invincibiliter, non peccet, *La Croix l. 6. p. 3. n. 525.* Quod si verò fidelis absolutè putet adesse impedimentum, dum non adest, invalidè contrahit. *Avers. q. 5. n. 2.* Validè, si putet posse non subesse, aut eo non obstante fortè posse validè contrahi, intendatque facere, quod potest. Ex quo patet idem dicendum de dubitante, si impedimentum reipsa non subsit; si tamen dubium sit vincibile, peccat graviter contrahendo, priusquam dubium deponat: quia contrahit præcepto gravi de non contrahendo cum impedimento. Ita idem *Avers. apud La Croix l. 6. p. 3. n. 53.*

*Q. 3. Quomodo practicè sit procedendum, quando advertitur impedimentum, vel oritur quando advertitur impedimentum, vel oritur prudens de eo suspicio? R. sponsi cognito post sponsalia impedimento dirimente tenentur desistere à nuptiis, donec impetretur dispensatio. Si verò id sinè grandi infamia facere non possent, possent pergere non simulando se consentire: sic enim mentirentur, sed consentiendo, quantum possunt; Ecclesia enim in tali casu non prohibet,*

bet, ut contrahant, quantum possunt; nec per hoc formaliter simulant administrationem Sacramenti; sed tantum simulant contractum, qui secundum se non includit actionem sacram, priusquam sit completus; matrimonium tamen illud non valebit, quia manet inhabilitas. Itaque tales debent habere animum non consummandi, priusquam obtinuerint dispensationem, & matrimonium revalidarint. Ita rursus La Croix cit. n. 539. Nunc de singulis singillatim.

#### §. IV.

### De primo Impedimento, quod est error.

421. **Q.** I. *Quotuplex sit error, qui intervenire potest, & solet, in contractu matrimoniali?*  
**R.** cum Lessio. de Matr. n. 136. esse quadruplicem. 1. Est *personæ*, cum una persona pro alia supponitur, v. g. Truta pro Berta. 2. *Conditionis servilis*, dum contrahens cum ancilla putat se cum libera contrahere, de quo agetur §. sequente. 3. Est *qualitatis*, dum credit se contrahere cum nobili, vel virgine, quæ est plebeia, aut corrupta. 4. Est *fortune*, dum sponsa putatur dives, & est pauper. Error hic etiam dici potest qualitatis, sed extrinsecæ. Singuli ex his erroribus dividuntur in *antecedentem*, qui antecedit

cedit omnem liberam voluntatem; unde invincibilis est, & inculpabilis. 2. In consequentem, qui sequitur aliquam errantis voluntatem, ac ideo est voluntarius, ac culpabilis. 3. In concomitantem, qui est tantum comitans, incidens, vel non dans causam actui, nec inducens ad volendum, estque tunc quando is, qui errat circa personam, vel qualitatem, ita animo afficitur, ut eam adhuc ducere vellet, quamvis sciret esse aliam, vel aliter qualificatam.

Q. 2. *An tum error antecedens, tum con-* 422.  
*comitans invalidet matrimonium, si error sit de persona?* R. invalidat, & quidem jure naturæ. Est communis. Ratio est: quia error sive antecedens sit, sive concomitans personæ tollit consensum matrimonii cum hac persona; cum errans non consentiat, nisi in eam personam, quam animo concepit, quæque illius est objectum substantiale. Accedit, quod error circa substantiam omnes contractus invalidet; ergo & contractum matrimonii. Aliud est de errore consequente: quia cum error hic voluntarius sit, contractus subsistit.

Q. 3. *An error solius qualitatis seu intrinse-* 423.  
*ca, seu extrinseca, saltem antecedens, dirimat?* R. cum Sanch. l. 7. D. 18. & communissima negativè Ratio est: quia cum hoc errore fiat mutuus contrahentium consensus, qui nulla lege aut canone irritatur; ergo etiam cum illo subsistet matrimonium. Ratio ulterior est:

est: quia talis error tantum tollit consensum circa aliquod ignoratum, quod non est de substantia; in personam enim verè consentitur. Et hoc verum est, tametsi error dolo fuisset inductus, ut ex eodem Sanch. l. cit. constat. Ratio est: quia etiam hic error habet se tantum per modum causæ extraneæ motivæ, aut impulsivæ, ita ut non impediatur consensus substantialem circa personam. Excipe tamen 1. nisi qualitas sive internè per expressam intentionem, sive externè in contractu apponatur per modum conditionis: tali casu enim qualitas fit pars objecti principalis; vel est id, in quo fundatur objectum principale, ita ut ablata ea qualitate objectum non intendatur Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 2. n. 2. cum aliis. Ratio est: quia in actibus conditionatis deficiente conditione deficit actus. 2. quia actus agentium non agunt ultra intentionem. Excipe 2. nisi error refundatur, seu redundet in personam, quod tunc juxta cit. Sanch. n. 38. accidit, quando erratur circa qualitatem, quæ certam personam designat, quæ contrahenti prius nota non erat, absque illa qualitate; nec constat mentem contrahentis fuisse in personam sibi præsentem, quæcumque illa sit, consentire.

424. Q. 4. Qualiter peccet, qui sive mentiendo, sive equivocando, sive conditionem suam dissimulando ansa, aut occasio est, ut contrahens erret? R. cum Kugler hic n. 1106. si inducatur



catur error circa substantiam, non est dubium, quin inducens peccet mortaliter: quia cooperatur ad matrimonium invalidum. Si verò contingat circa qualitatem, ut si dolo ac mendaciis puellam induxisti ad promittendum, debes abstinere à matrimonio; vel dolum, seu simulationem aperire. Si verò finè tua culpa alter contrahens deceptus est; tunc ordinariè potes ab eo petere executionem contractûs. Si tamen defectus occultus in sponso gravis, ac perniciosus esset, ut morbus gallicus, lepra, &c. tunc sponsæ indicandus foret, vel à matrimonio abstinendum; cum alioquin gravis, & injusta perniciès sponsæ inferretur.

*Q. 5. An graviter peccet, qui alterum inducit ad nuptias cum deflorata, quam is credit esse virginem, non ducturus, nisi talem esse putaret? R. vel inducens prævidet maritum in notitiam defectûs venturum, & ægerri-<sup>425.</sup>mè laturum cum periculo magnarum discordiarum? vel non? si ità? graviter peccat dando ansam, & occasionem scandali, damni, & multorum criminum. Si non? non peccabit inducens, si defectum illum cum deflorata licitis mediis occultet. Colligitur ex Gob. tr. 9. n. 127. Ratio est: quia talis simulatio nec graviter adversatur justitiæ, nec charitati. Non justitiæ: quia non est in usu, ut contrahentes propria vitia prodant; præsertim si videantur non notabiliter nocitura; non charitati: quia nemo*

S 4 cum

cum suo magno incommodo tenetur procurare proximi bonum.

§. V.

De II. Impedimento dirimente, quod est *Conditio*.

426. **Q. 1.** *Quid nomine Conditionis isthuc intelligatur?* **R.** licet aliqui per conditionis impedimentum intellexerint defectum conditionis sub, & cum qua contractum est matrimonium; nihilominus plerique Authores per Conditionem intelligunt statum *strictè servilem* in sponso, aut sponsa. Sunt autem *strictè servi*, qui ad instar aliarum rerum patrimonii possideri, vendi, & alienari possunt, & ii olim habebantur, qui bello capti erant, unde, & *mancipia* dicebantur, quasi *manu capti*. Apud Christianos servitus hæc nunc sublata est in honorem libertatis, quam per Christum consecuti sumus. Dantur tamen *servi adscriptitii*, vel *de gleba dicti*, qui agro colendo, vel prædio sunt addicti, ut inde recedere nequeant, ex quibus natæ proles *servi originarii* appellantur. Kugler hic n. 1107. & sequentibus.

427. **Q. 2.** *An stricta servitus semper dirimat matrimonium?* **R.** negativè. Sed ut dirimat, requiritur i. ut intercedat error, ita, ut pars libera nesciat alterum servituti subiectum. c. 2. de conjug. serv. Nec obstat, tamen

metfi error crassissimus sit. Sanch. l. 7. D. 19. n. 20. Itè licèt vincibilis sit. Mastrius D. 7. q. 14. n. 396. idque propter gravissima incommoda, quæ servitus adfert: multùm enim obstât tribus matrimonii bonis suprâ explicatis, bono videlicet *prolis*, bono *Sacramenti*, bono *fidei*; quibus providere servus non potest, itâ in Domini potestate constitutus, ut etiam vendi possit. Accedit; quòd error talis circa personam dirimat; ergo etiam circa conditionem. 2. Requiritur, ut liber contrahens cum serva ignoranter, conditionem suam, & statum deteriore; nam si status maneat æqualis, vel melioretur, non patitur ullam injuriam. Unde valet matrimonium servi cum serva, licèt serva putetur esse libera. Itè si servus contrahat cum libera, quam servam putabat. Sanch. cit. n. 23.

Q. 3. *An servi inter se, aut liber cum ser. 428.*  
*va sciens esse talem, & valide, & licitè contrahant Dominis invitis?* R. affirmative: Itâ S. Thom. in supplem. q. 52. a. 2. Sanch. Less. &c. Ratio est: quia ad bonum publicum, & ad evitandas fornicationes jure naturæ, & divino concessa est potestas contrahendi. Peccat tamen servus juxta Coninck. D. 31. n. 32. Tamb. Perez. non petendo Domini consensum: quia id postulat reverentia Dominis debita. Per datam tamen facultatem jus Domini non imminuitur. Unde etiam post matrimonium, urgente sal-

tèm gravi necessitate, eum vendere potest. Aliud foret, si Dominus servum cum libera servitutis ignara, servitutem non detegendo, contrahere jubeat; tunc enim servus favore matrimonii manumittitur, & fit liber. Et si matrimonium invalidum intenderet Dominus, tali servo privari mereretur. Sanch. l. 7. D. 20. n. 1. Idem est, si servo cum tali contrahente Dominus cum dolo taceat, aut instrumenta dotalia, aut dotem conferat. Ità idem Sanch. l. cit. n. 6. & 9.

429. Q. 4. Si liber cum serva, aut è contra, in-  
 eat matrimonium, cujus conditionem sequantur  
 proles? R. Matris, ità, ut si illa libera sit,  
 etiam proles liberæ evadant, & è contra.  
 Hinc illud famosum: *partus sequitur ventrem.*  
 Ut autem proles tales liberæ censeantur,  
 sufficit, si mater fuit libera tempore con-  
 ceptionis, vel partûs, vel intermedio, quo  
 proles gerebatur in utero. Sanch. l. 7. D. 24.  
 n. 10. & sequent. Ratio desumitur ex fa-  
 fore libertatis, qui specialis esse solet. c. fin.  
 de sent. & re judic.

### §. VI.

De III. Impedimento dirimènte, quod  
 est *Votum.*

430. Q. I. Quale votum dirimat matrimonium?  
 R. Præter votum simplex castitatis,  
 quod emittunt Religiosi Societatis JESU  
 post

post Novitiatum, dirimit votum solenne Professionis videlicet Religiosæ, & Castitatis SS. Ordinibus annexæ in latina Ecclesiâ; Græci enim ordinati licitè utuntur matrimonio ante Subdiaconatum contracto. Votum tamen habent post primæ uxoris obitum. Arcud. l. 7. c. 33. & 43. Quòd autem hæc vota solennia dicantur, non habent ab aliqua solennitate, cum qua fiunt, vel fieri possunt; sed ex sola Ecclesiæ constitutione, decernentis, ut vota hæc matrimonium dirimant. Suar. de Rel. l. 2. c. 10. n. 5. Sanch. Less. &c. Præterea matrimonium subsequens dirimit votum, quod uxor in sæculo manens emittit, postquam vir ex ejus licentia ordinatus est.

*Q. 2. An votum solenne omne matrimo-  
nium dirimat? R. negativè; sed votum so-  
lennis professionis in Religione approbata  
dissolvit matrimonium ratum, & impedit  
contrahendum; votum verò continentia  
sacris Ordinibus annexum, itèm vota sim-  
plicia in Societate JESU post Novitiatum  
emissa impediunt tantum contrahendum.  
Laym. tr. 10. p. 4. c. 3. n. 2. Unde invali-  
dè contraheret, quisquis contraheret tali  
voto obstrictus, incurreretque insuper ex-  
communicationem, nisi eam excuset igno-  
rantia, etiam saltèm affectata Juris, quâ  
ignorat prohibitionem. Idem est de con-  
trahente cum moniali Clem. 1. de consangu.*  
&

& affin. Item metus gravis, seu qui cadit in constantem virum, Kugler hic c. 3. n. 1163. cum Sanch. l. 7. D. 28. n. 12. & Barb. in Clem. unic. de confang. n. 23. Matrimonium consummatum nec quidem professio Religiosa dirimit. Less. de matr. c. 5. n. 103. Suar. tom. 3. l. 9. c. 22. ac idè professio talis absque consensu conjugis facta, irrita est, si non jure naturæ, quod complures docent, saltèm lege Ecclesiastica. Ubi tamen notandum, licèt professio talis irrita sit, obligari tamen invalidè profitentem instar voti simplicis castitatis. Suar tom. 3. de Rel. l. c. 7. n. 6. nisi votum emisisset ex fine in Religione manendi. Quòd si compars consentiat, & in sæculo continentiam viveat, si senex sit, vel ipsa etiam Religionem profiteatur, si sit juvenis, est solutio thori, non vinculi, valètque professio. Suar. tom. 3. l. 6. c. 7. n. 8. Laym. &c.

## §. VII.

De IV. Impedimento dirimente quod est *Cognatio*.

432. **Q.** I. *Quotuplex sit cognatio, qua dirimit matrimonium: Et esse triplicem: alia enim est naturalis, qua communiter consanguinitas dicitur; alia spiritalis; alia legalis. Cognatio naturalis seu consanguinitas, quasi sanguinis unitas juxta Laym. l. 5. tr. 10.*

p. 4 c. 4. n. 1. est vinculum personarum, quæ ab eodem, eoque propinquo stipite per carnalem generationem descendunt. Quòd verò consanguinitas à propinquo stipite desumenda sit rationem dat cit. Laym. quia virtus generativa propensa quidem est ad generandum simile sui; verùm quò magis à communi stipite, seu generante per succedentes generationes quibusdam quasi gradibus progressio fit, eò magis similitudo, seu proportio sanguinis minuitur. Pro majore dilucidatione.

Q. 2. Quid sit linea consanguinitatis? R. 433. cum eodem Laym. cit. n. 3. Est ordinata connexio personarum consanguinitatem inter se habentium. Est autem triplex hæc linea, videlicet: *linea descendentium, ascendentium, & transversa*. Prima est secundùm habitudinem stipitis, seu generationis ad eos, qui ab ipso per generationem descendunt. Patris videlicet ad filios, nepotes &c. Altera est secundùm habitudinem generatorum ad generantem, ut liberorum ad Parentes. Tertia est habitudo eorum, quorum neuter, aut nullus ab altero; sed uterque, aut omnes ab eodem generante descendunt, ut duo fratres à parentibus.


Q. 3. Quid nomine graduum consanguinitatis intelligatur? R. intelligi distantiam unius persone ab altera in eodem linea, sive scala Consanguinitatis. Finguntur enim gradus

duſ hi ad ſimilitudinem ſcalarum, quã ab uno gradu ad alterum ſeu aſcenditur, ſeu deſcenditur.

435. Q. 4. *Qua regula ſint pro gradibus compu-  
tandis?* R. tres communiter ab Authori-  
bus ſtatui. Prima eſt pro linea recta, tam  
Canonico, quã Civili jure recepta: *tot  
ſunt gradus in linea aſcendente, vel deſcendente,  
quot ſunt perſona una dempta.* Vel: *tot ſunt  
gradus, quot generationes.* Secunda eſt pro  
linea obliqua, ſeu tranſverſa æquali: *Per-  
ſona in linea tranſverſa equaliter à ſtipite diſtan-  
tes eodem gradu inter ſe diſtant, quo diſtant ſin-  
gula à communi ſtipite.* Tertia regula pro li-  
nea tranſverſa inæquali eſt: *quot gradibus re-  
motior perſona diſtat à communi ſtipite, totidem  
gradibus ipſa perſona inæqualiter diſtantes, de  
quarum conſanguinitate queritur, diſtant inter ſe.*  
Jus Civile tot in linea tranſverſa ponit gra-  
dus, quod ſunt perſonæ ſtipite dempto, &  
ſic, quia frater, & frater dempto Patre duas  
perſonas conſtituunt, in ſecundo gradu  
ponentur. Licet autem regula juris Civi-  
lis ſervetur in ſucceſſionibus hæredum; in  
matrimonio tamen, beneficiis Eccleſiaſticis,  
Capellaniis, & aliis rebus Eccleſiaſticis re-  
gulæ juris Canonici ſunt obſervandæ. Gon-  
zal. in c. 5. de conſanguin. n. 8. Regulas  
has applica ſequenti Figuræ.



*Figura facillimam præbens rationem  
indagandi gradus consanguinitatis,  
intra quos per Tridentini Canones  
connubium iure non liceat.*



pro gradu com  
niter ab Antio  
linea recta, tam  
ure recepta: tot  
re, vel descendente,  
ia. Vel: tot sunt  
Secunda est pro  
eria aequali: Per  
diter a spire ad  
m, quo distans for  
tia regula pro li  
t, qui gradum re  
t spire, tandem  
distans, de  
r, distans inter se,  
suetia ponit gra  
dipine tempo, &  
tempo Patre duas  
in secundo gradu  
regula iuris Civ  
bus hæredum; in  
dicis Ecclesiasticis,  
Ecclesiasticis re  
obstante. Con  
to a. s. Regula  
uz.


68



bro

CLIO  
CLIO  
CLIO  
CLIO  
CLIO  
CLIO  
CLIO  
CLIO  
CLIO  
CLIO

# Arbor Affinitatis Canonica.





Q. 1. de  
 in vicin  
 tem le  
 a. Rati  
 dicunt o  
 radum no  
 de cro  
 de compo  
 no grad  
 unt: an  
 go nec n  
 rebac u  
 aio el a

Q. 6.  
 Copia  
 esse div  
 tratione  
 ribus li  
 verit  
 gradib  
 no grad  
 and li  
 ubus fo  
 re hoc  
 r. Ra  
 lura de  
 umbra i  
 b hura  
 cum P  
 11. 2. 7

Q. 5. In quo gradu non valeat matrimo-  
nium? R. cum Gob. tr. 9. n. 163. non vale-  
re in viciniore, quàm sit quintus; valere  
autem in omni remotiore, quàm sit quar-  
tus. Ratio est: quia Canones nunc absolu-  
tè dicunt consanguinitatem ultra quartum  
gradum non dirimere: sic enim cap. non de-  
bet, de consanguinitate, dicitur: *Prohibitio  
copulae conjugalis quartum consanguinitatis, & affi-  
nitatis gradum - - non excedat.* Nec distin-  
guunt: an in linea recta, vel transversa;  
ergo nec non debemus distinguere. Quod  
antehac usque ad septimum extensio fuerit,  
ratio est ætas hominum brevior.

Q. 6. Quo Jure sit inductum impedimen-  
tum Cognationis? R. Authores hac in re pror-  
sus esse diversos: alii enim ajunt irritum  
esse matrimonium jure naturæ in omnibus  
gradibus lineæ rectæ, & aliquibus lineæ  
transversæ; alii irritum volunt in solis pri-  
mis gradibus lineæ utriusque; alii in solo  
primo gradu lineæ transversæ, & primo ac  
secundo lineæ rectæ, ità ut in reliquis  
gradibus solo Ecclesiastico jure sit irritum.  
Et de hoc primo gradu certum omnino vi-  
detur. Ratio est: quia omnes gentes bene  
institutæ ductu luminis naturalis horrent  
connubia inter Parentes, & proles. 2. Quia  
ipsa bruta instinctu naturæ refugiant coi-  
tum cum Parentibus, ut apud Sanch. l. 7.  
D. 51. n. 7. testantur Aristoteles, & Plinius.  
3. quia

3. quia gentes abhorrent matrimonia inter fratres, & sorores; ergo multò magis ex ipsa natura inter Parentes, & liberos. Dereliquis gradibus probabilior videtur negativa. Ratio est: quia soli Parentes sunt principium per se; ergo illis solis debetur ea reverentia, ob quam jus naturæ matrimonia cum ascendentibus irritat. Quod de primo gradu lineæ rectæ dictum, probabilius etiam dicendum de primo gradu lineæ transversæ. Sanchez. l. 7. D. 52. n. 11. Bellarm. de Matr. l. 1. c. 24. Laym. Less. &c. Stat pro hac sententia autoritas Innoc. 3. c. *gaudemus* de divortiis, ubi decernit infideles conversos non esse separandos à Matrimonio in infidelitate contracto in secundo, vel ulterioribus gradibus consanguinitatis conjunctos; cum hi legibus Ecclesiæ non arctentur; ergo è contrario non lege Ecclesiæ, sed lege naturæ irritantur matrimonia cognatorum in gradu primo: alias Pontifex etiam gradum primum lineæ lateralis inclusisset. Accedit, quòd Aristoteles apud Sanchez cit. loco cit. solo naturæ lumine ductus censeat fratris cum sorore conjunctionem esse turpissimam. Et August. l. 15. de civitate Dei c. 16. ait. eam ex sola necessitate in mundi exordio licitam fuisse. Unde Sanchez l. 7. D. 51. n. 10. existimat urgente necessitate propagandi genus humanum etiam matrimonium Patris, & filix honestandum DEO dispensante, sicut dispensare po-

potest in quibusdam saltem improprie jure naturæ prohibitis, quæ non in omni circumstantia juri naturæ adversantur.

*Q. 7. Quomodo practicè sit agendum Parocho, vel Confessario, quando dicitur, quod cognatio intercedat inter sponfos? R. Quamvis non debeat se velut judicem statuere in causis matrimonialibus; potest tamen veluti amicus, aut consultor interrogare: cur putetur adesse impedimentum? vel unde sit dubium? Ut autem veritatem compariat, scribat in parte inferiore chartæ nomen sponsi ad sinistrum latus, ad dextrum nomen sponsæ. Supra sponsum describat ordine semper ascendendo à proximioribus nomina cognatorum sponsi, qui ex hac parte dicuntur dedisse causam cognationis; similiter scribat in latere sponsæ, nec cesset à scriptione, donec perveniat ad communem stipitem, è quo sponsus, & sponsa sint mediatè generati. Si non reperitur talis stipites, certum est nullam adesse cognationem sed aderit fortè affinitas. Si verò perveniat ad communem stipitem, consideret, in qua linea sint sponsi: an in recta, vel transversa æquali, vel inæquali. Applicet dein regulas supra datas, & si eos invenerit intrà quatuor gradus, dicat adesse impedimentum; si ultra quartum gradum, dicat nullum adesse. Gob. tr. 9. n. 165. & 166.*

439. Q. 8. *Quid sit cognatio legalis, & quomodo dirimat matrimonium?* R. Est propinquitatis personarum proveniens ex adoptione perfecta, quæ tunc est, quando homo liber adoptatus auctoritate Principis transit in potestatem adoptantis tanquam hæres necessarius ex testamento in quarta parte, & ab intestato in totum. Ubi observa raram apud Catholicos esse hanc cognationem. Kugler de matr. n. 1375. Econtra imperfecta est, quando homo etiam alieni juris assumitur in filium non transeundo in adoptantis potestatem, & non tanquam hæres necessarius ex testamento, sed tantum ab intestato per potestatem Judicis inferioris ex consensu solius adoptantis. Cognatio inter adoptantem, & adoptatum dicitur *Paternitas*; inter adoptatum, & liberos adoptantis, *fraternitas*; inter uxorem adoptantis, & adoptatum, item inter adoptantem, & uxorem adoptati *affinitas*. Porro linea Paternitatis hæc est; adoptans cum adoptato est in primo gradu; adoptans cum liberis adoptati in secundo; cum ejus nepotibus in tertio; cum pronepotibus in quarto. Linea fraternitatis est; liberi adoptantis cum adoptato sunt in primo; nepotes adoptantis cum adoptato in secundo; pronepotes in tertio; abnepotes in quarto. Affinitatis hæc: adoptans, & uxor adoptati. Item uxor adoptantis, & adoptatus sunt legaliter affines. Liberi adoptati cognationem non



non contrahunt inter se. La Croix l. 6. p. 3. à n. 587. Ut adoptio matrimonium dirimat, debet esse perfecta, Sanch. l. 7. D. 63. n. 9. quæ si adsit, licet non pauci doceant eam matrimonium dirimere inter adoptantem, ejusque descendentes, usque ad quartum. Sanch. tamen l. 7. D. 63. n. 34. cum Gob. tr. 9. n. 177. probabilius esse censet, quòd tantum dirimat inter adoptantem cum personâ adoptata, & omnibus ejus descendentes, qui tempore adoptionis existebant in potestate personæ adoptatæ. Vide Kugler de matr. n. 1373. 1374 & seq.

Q. 9. *Quid sit cognatio spiritalis? & quo modo matrimonium dirimat?* R. esse illam, quæ jure Ecclesiastico oritur inter personas aliquas ratione Baptismi, & Confirmationis. Personæ ratione Baptismi contrahentes designatæ sunt supra in Sacramento Baptismi, Ratione Confirmationis eandem contrahentes designat hic versus:

*Confirmans, Confirmatus, Confirmatiq; parentes.*

Dirimit autem matrimonium inter has personas tantum, non inter descendentes, aut ascendentes c. de cognat. Spirit. 6. c. v. *veniens*, 6. de Cognat. Spirit. & constat ex Trid. Sess. 24. c. 2. de ref. Matr. Nisi excuset intentionis defectus, aut ignorantia tollens moralem libertatem. Gob. tr. 9. n. 171. & 173.

## §. VIII.

## De V. Impedimento dirimente, quod est crimen.

441. **Q.** 1. *Quid sit impedimentum criminis? & quo jure matrimonium dirimat?* R. est scelerata quædam conjunctio, quâ conjux adhuc vivente sua comparte cum alio, vel alia de matrimonio ineundo cum crimine aliquo conspirat, Sporer de Matr. n. 98. Est impedimentum solius juris Ecclesiastici, Sanch. l. 7. D. 79. n. 42. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 10. n. 1. Bonac. Sporer &c. Unde infideles non ligat. Cœterum ut crimen Matrimonium dirimat, debet unus ex conspirantibus esse in vero matrimonio, Kugler de matr. n. 1329.
442. **Q.** 2. *Quotuplex sit crimen dirimens matrimonium?* R. cum Tambur. l. 8. tr. 1. de imped. c. 6. Perez, Sporer crimen hoc esse quadruplex videlicet 1. conjugicidium solum, quod etiam vocatur machinatio. 2. Conjugicidium cum adulterio. 3. Adulterium cum promissione futuri matrimonii. 4. Adulterium cum matrimonio irrito vivente altero conjuge.
443. **Q.** 3. *Quandonam ob conjugicidium impedimentum incurritur?* R. Conjugicidii impedimentum incurritur, quando ex prævia conspiratione aut vir occidit uxorem suam, vel uxor maritum ea intentione: ut cæde patrata, & effectu secuto, simul ma-

trimonium contrahant. Sanchez l. 1. D. 78. n. 9. Laym. cit. c. 10. n. 2. Prærequiritur proinde 1. conspiratio. 2. Intentio mutuò manifestata contrahendi matrimonium. 3. Cædes verè, & in effectu secuta. Sufficit autem influxus moralis in cædem per consilium, mandatum, preces, minas, cohortationes, &c. dummodò cædes vi talis influxus sequatur. Non sufficit rati habitio cædis absque conspiratione facta Laym. n. 1. Less. Leander &c.

*Q. 4. Quando nam ob conjugicidium cum adulterio id ipsum incurratur? R.* Ut homicidium conjunctum adulterio dirimat requiritur pariter 1. ut mors verè sequatur. 2. Ut adulterium præcedat mortem. 3. Ut adulterium sit formale ex utraque parte, siue, ut utrique constet, quòd unus sit ligatus. 4. Ut alteruter conspirantium sit in vero matrimonio: aliàs enim non erit adulterium. Machinatio autem adulterio conjuncta hoc habet speciale, quòd sufficiat fieri sinè conspiratione, dummodò ad sit intentio matrimonium cum adultera contrahendi; tamen si intentio sit in solo occidendo. Sanchez l. 7. D. 78. n. 14. Bonac. Less. &c. Item tamen si præter hanc intentionem, & finem ad sit alius etiam primarius finis, v. g. ut vir ab uxore non accusetur, Less. in auct. v. *matrimonium* casu 10. Item tamen si vir uxorem occidens incertam aliam quam ducere velit; dummodò omnes in-

certæ expressè sint intentæ, & cum omnibus adulterium præcesserit. Sanch, cit. n. 18. Perez, Bonac, &c. Sufficit prætereà, licet non occidatur propria, vel proprius conjux, sed compartis. Sanch, l. 7. D. 78. n. 2. Bonac, &c.

445. Q. 5. *Quando dirimat adulterium solum?* R. tunc solum dirimere, quando est conjunctum promissioni de contrahendo matrimonio, post conjugis mortem. Requiritur autem ex parte adulterii 1. ut sit formale, seu notum utrique parti, 2. Ut sit verum, non autem solum existimatum, 3. Ut sit perfectum per perfectam carnalem copulam. 4. Ut adulterium, & promissio fiant vivente legitimo conjugè adulteri. Ex parte promissionis verò requiritur 1. Ut promissio sit vera, non ficta; 2. Nè sit ante patratum adulterium revocata. 3. Ut sit aliquo signo externo manifestata. Laym, l. 5. tr. 10. p. 4. c. 10. à n. 3. Sanchez, l. 4. D. 79. n. 9. Tamb. Perez, Bonac, &c. Ut juramento firmetur non requiritur. Sanchez cit. 29. Tamb, &c.

446. Q. 6. *Quando dirimat adulterium cum matrimonio attentato?* R. ut adulterium tale dirimat, requiri 1. conditionis Q. præcedente pro adulterio requisitas. 2. Requiritur, ut ante adulterium habeatur notitia de vivente conjugè. Unde si Berta ante hanc notitiam adulterata esset cum Titio, ac dein acceptâ notitiâ matrimonium cum illa  
atten-

attentaret, non incurreret criminis impedimentum; incurreret verò si ante notitiam sponsalia, vel matrimonium contraxisset, & post notitiam acceptam adulteraretur cum Titio Sanch. cit. n. 32. Gob. tr. 9. n. 209. & n. 210. Tamb. Sporer &c. Porrò notitia de morte conjugis tunc habetur, quando habetur moralis certitudo de ipsa. Sanch. l. 2. D. 46. n. 6. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 3. n. 1.

## §. IX.

De VI. Impedimento dirimente, quod est cultûs disparitas.

**Q.** 1. *Quid sit cultûs disparitas?* R. per diversitatem cultûs in Jure, & Theologia intelligi diversitatem Religionis, non quamcunque, sed illam solam, quæ est inter baptizatum, & non baptizatam, & vicissim. Gob. tr. 9. n. 214. Ex quo colligitur 1. Infidelis cum infideli matrimonium esse validum. Sanch. l. 7. D. 73. n. Perez, Leander &c. 2. Tales infideles conversos non posse solvere matrimonium. Sanchez cit. D. l. 7. 74. n. 1. Perez &c. Quod si unus infidelium convertatur, & alter sine injuria creatoris cohabitare nolit, potest matrimonium etiam quoad vinculum solvi. Sanch. cit. n. 12. Fill. n. 241. Vide dicta de divorcio §. 3. Colligitur 3. Quamvis matrimonium fidelis Catholici cum hæretica, & vicissim, sæpe sit periculosus, quàm fidelis,

T 4

cum

cum infideli; continua tamen Ecclesiæ praxi patere illud esse validum. Hujus occasione.

448. Q. 2. *Quæ circa talia matrimonia Catholicæ cum hæretica, & vicissim, in praxi sint observanda?* R. observanda esse sequentia. 1. Si necdum sit promissum, dissuadeatur: quia Ecclesia multis locis illud prohibet ob periculum perversionis Catholicæ personæ, & prolium, turbationis rei domesticæ, & observationis Festorum, jejuniorum &c. Si persona Catholica sic monita non acquiescat, & pericula censeantur proxima, neganda est illi absolutio: quia non habet propositum vitandi omne mortale. 2. Si sponsalia sint inita, rescindatur: hæc enim est causa sufficiens. Nec satis est, quod acatholicus spondeat libertatem Religionis, vel conversionem: quia fallax est, quod amor extorquet, si non præcedat conversio actualis. 3. Si contractum sit, neganda non est absolutio polenti de peccato. 4. Parochum, & testes tali matrimonio illicitè, id est, sinè justis causis assistentes probabiliter peccare, utpotè rei illicitæ cooperatores. La Croix l. 6. p. 3, n. 646.

§. X.

De VII. Impedimentis dirimente  
quod est *vis & metus*.

449. Q. I. *Quid hic vocabulo: vis, intelligendum veniat?* R. intelligi omne id, quod impedit libertatem matrimonii seu phy-

physicam, seu moralem: siquidem Ecclesia vult, ut libere omnino contrahatur. Patet ex Trid. Sess. 24. c. 9. de ref. matr. Ac ideo nec ad contrahendum, incuti debet. Excipitur tamen casus, quo ex matrimonio gravissima scandala præviderentur: tunc enim Episcopus per pœnas id ipsum prohibere potest. Pign. tom. 4. consult. 11. Cœterum *vis* idem hic significat, ac *violen-tia*. Quamvis autem voluntas non possit pati vim, quando urgetur ad consensum alicui, cui valde renititur; cum tamen non renitatur alicui, nisi quod valde metuit, hinc *per vis* propriè hæc intelligitur *metus*.

Q. 2. Qualis debeat esse vis, seu metus, ut <sup>450.</sup> sufficiat ad matrimonium dirimendum? R. I. metum hunc debere esse *gravem*, quo probabiliter, & non vanè timeatur aliquod malum grave; seu jam grave sit absolutè, id est, quod omnes habeant pro gravi; seu sit grave respectivè, quod grave est respectu conditionis hujus personæ. Et metus talis est, qui dicitur *cadere in virum constantem*.  
 2. Debet esse *injustus*, id est; incussus à tali homine, qui non habeat jus incutiendi.  
 3. Ut incussus sit in ordine ad *extorquendum matrimonium*, non alio fine. Gob. tr. 9. à n. 246. Ex quo colligitur ad dirimendum matrimonium non sufficere metum levem, nec metum *gravem ab intrinseco* provenientem: hic enim potius conceptus

dicitur à metuente, quàm incussus. 3. Non sufficere metum *juste incussum*, ut si iudex cognitâ causâ etiam carcere compellat ad matrimonium ineundum.

451. Q. 3. *Qua signa, unde conjectura desumi possunt, intervenientis vis, vel metus?* R. I. est: pallor vultûs, & vox submissa, quâ sponsa aliquoties interrogata à Parocho tandem consensum expressit. 2. Multa festinatio in contrahendo. 3. Antecedens animaversio, & repugnantia nubendi. 4. Protestationes antecedentes de non volendo talem maritum. 5. Si nulli consanguinei illius, qui metum passus est, intervenerint. 6. Si metum inferens voluerit celare matrimonium. 7. Si quasi clam, & noctu initus sit contractus. Sperell. decis. 5. 72. 79. 94.

452. Q. 4. *An, qui ex metu gravi init Matrimonium sciens tale matrimonium esse nullum, peccet?* R. si init cum intentione exercendi actus permixtos veris conjugibus, peccat mortaliter. Ratio est: quia habet animum exercendi actus fornicarios. Si absque tali animo fingat se contrahere, peccat peccato mendacii. Si autem verè consentiat ex gravi metu, probabile est, nè quidem venialiter peccare. Sanch. l. 4. de matr. D. 16. n. 6. Hinc sequitur, eum, qui metu contraxit, nec petere, nec admittere posse usum matrimonii, & quæ hunc usum tanquam disponentia antecedere solent: nec enim



enim plus illi licet, quàm solutis; nisi cessante causâ metûs, consensum priorem ratihabuerit. Hac namque ratihabitione, quæ gesta sunt per metum, convalescunt. Sperell, cit, decis. 80. Non censetur tamen ratihabitione, si ex metu gravi consensus præstetur in copulam, oscula &c. Sed ut hæc verè dici possint ratihabitione, debent procedere ex affectu conjugali. La Croix l. 6. p. 3. n. 664. Porro si coactus consensum extortum ratihabere velit, pars cogens, juxta Averf. q. 4. s. 2. c. cum aliis, resilire non potest; juxta Sanchez l. 4. D. 15. n. 5. Laym. Kugler. &c. potest; quæ probabilior videtur: cum matrimonium re ipsa sit nullum; nisi talis à judice in delicti pœnam adigere-tur.

## §. XI.

De VIII, Impedimento dirimente  
quod est Ordo,

**Q.** 1. *Quis Ordo dirimat matrimonium?* R. 453.  
Ordo sacer, sive major ob continentiae solenne votum, quod huic Ordini est annexum. Vide dicta de Imped. III. videlicet voto. Excipe; nisi infans ordinatus esset Suar. de Rel. l. 9. c. 18. n. 18. Sanch. l. 7. D. 30. n. 3. Nec irritat Ordo in impubertate cum notitia Ordini huic annexum esse continentiae votum; nisi adeptus pubertatem ratificet Ordinis collationem. Ita cit, Sanch. l. 7. D. 30. n. 9. Idem dicendum  
de

de suscepto ex gravi metu, Suar. cit. n. 6. Sanch. cit. D. 29. n. 3. decidente id ipsum Rota Romana apud Pirth. de temoor. Ordin. n. 8. Ratio est : quia obligatio continentiae non connectitur sacro Ordini jure naturali, aut Divino, sed purè Ecclesiastico; ergo cùm metus gravis excuset ab observatione legis Ecclesiasticæ, etiam hìc excusabit.

454. Q. 2. *An Clericus Græcus in sacris constitutus valide contrahat matrimonium?* R. negativè: Ita communis. Sunt tamen etiam aliqui authores, inter quos Arcudius apud Tamb. l. 8. tr. 1. c. 9. n. 4. docentes illicitè quidem non tamen invalidè contrahere. Hoc certius est, quod Latini non modò invalidè contrahant; verùm etiam illicitè utantur matrimonio ante sacros Ordines susceptos contracto; Græcis autem jam licitus sit usus matrimonii ante sacros Ordines contracti; extra tempus tamen, quo Altaris ministerio deservire debent, Suarez de Rel. tom. 3. l. 9. c. 15. n. 1.

455. Q. 3. *Quale matrimonium dirimat sacer Ordo?* R. dirimit contrahendum, non contractum. Ita cit. Suar. c. 19. n. 3. Sanch. l. 2. D. 18. n. 9. Laym. Bon. &c. Quòd autem Professio in Religione matrimonium ratum dirimat, ratio disparitatis est: quia pro Professione habentur expressa jura; non item pro sacro Ordine. Validè tamen, quantum illicitè, suscipitur sacer Ordo à conjugato: nihil enim deest ad valorem: cùm

uxoris consensus non fit de essentia Sacramenti Ordinis juxta extrav. *antiqua* Joan. 22. de voto. Suar. cit. n. 1. Sanch. Laym. &c. juxta quos uxor sic ordinatum ad consortium conjugale revocare potest. An autem licite conjugatus suscipere possit ordines minores absque uxoris consensu, probabilis est in utramque partem sententia.

Q. 4. *Quas poenas incurrat Clericus matrimonium invalide contrahens?* R. sacris initiatus ipso facto incidit in excommunicationem. Suar. t. 3. de Rel. l. 9. c. 19. n. 12. Perez D. 26. l. 6. n. 4. Beneficium tamen, si quod habet, non nisi per sententiam à Judice ferendam amittit. Sanchez 47. D. 43. n. 3. Ordinatus verò in minoribus contrahens validè, ipso facto excidit beneficio. Sanch. l. 7. D. 42. n. 4. Lessius l. 2. de J. & J. c. 42. 2. Amittit etiam accessum, & regressum ad beneficium resignatum, aut quolibet jura alia. Sanch. cit. D. 72. n. 7. Barb. &c. 3. Amittit pensiones Ecclesiasticas titulo clericali, aut locò beneficii collatas. Ità idem Sanch. l. 7. D. 44. n. 5. & seq. Suar. Bar. &c. 4. Amittit omnia privilegia clericalia excepto solo privilegio fori, & Canonis Less. cit. c. 16. n. 12. Laym. Sanch. &c. Ut autem etiam privilegia fori, & Canonis retineat, requiritur 1. ut non sit bigamus 2. ut vestes, & tonsuram clericalem deferat. 3. Ut ex deputatione Episcopali alicui Ecclesie deserviat, ut habet Trid. Sess. 23. c. 6.

## §. XII.

De IX. Impedimento dirimente  
quod est *Ligamen*.

457. **Q. 1.** *Quid nomine ligaminis isthic intelligatur?* **R.** per vocabulum *ligamen* hic significari vinculum prioris matrimonii, quo durante posterius est irritum. Ità communis. Polygamia enim olim à DEO permiffa viris, à Christo nunc sublata est Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 6. n. 8. sic, ut nec Pontifex in ea dispensare possit, nec consuetudine reddi possit licita. Sanch. l. 2. D. 80. n. 9. & 10. Perez, Sporer. Bonac. &c. Ex quo patet vivente conjuge à conjuge altero matrimonium aliud iniri non posse; ac, si ineat, omnino esse nullum; ideo, ut aliud matrimonium iniri possit, constare debet de morte alterius conjugis, ita ut absit omnis dubitatio; seu debet ita prudenter credi, ut contrarium nullo modo videatur probabile; seu, quod idem est, debet de conjugis morte haberi certitudo moralis. Sanch. l. 2. D. 46. n. 6. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 3. n. 1. cum communi.
458. **Q. 2.** *An validum sit matrimonium in dubio de conjugis morte contractum?* **R.** Quamquam graviter peccetur in dubio matrimonium aliud ineundo; valet tamen, si conjux verè mortem oppetiit. Gob. tr. 9. n. 286.
459. **Q. 3.** *Quanta notitia, sufficiat, aut necessaria*

*Varia sit de morte conjugis ad hoc, ut ad aliud matrimonium fiat transitus? R. 1. non sufficere absentiam mariti, etiam per longum tempus; tamen si adhibita fuisset diligentia in inquirendo de ejus vita. Sanch. l. 2. D. 4. 6. n. 1. Tamb. l. 8. tr. 1. c. 10. n. 6. 2. Non sufficit fama de conjugis morte. Ita idem Sanch. n. 15. Laym. Gob. &c. 3. Regulariter etiam non sufficit unus testis. Ita rursus Sanch. n. 12. Laym. Perez. &c. Ratio horum est: quia non abest periculum rationabile irritandi matrimonii. Proinde ad licitum transitum regulariter requiritur certitudo moralis, ut Q. 1. insinuat, nec sine illa Judex tales nuptias permittere debet. Ita rursus Sanch. l. 2. D. 46. n. 6. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 3. n. 1. Ratio est: quia c. in presentia de Spons. & matr. requiritur certum nuntium de morte conjugis. Si tamen certitudo hæc determinari non possit, relinquatur arbitrio prudentium circumstantiis consideratis.*

*Q. 4. Quæ argumenta sint, è quibus de-460.  
bita certitudo de morte prioris conjugis haberi possit? R. 1. est liber Parochi, qui inter mortuos conjugem adscripsit. 2. Productio testamenti demortui facta ex mandato Judicis. 3. Communis, & constans fama, si ad eam accedant alia adminicula v. g. quòd fuerit senex, æger, pugnârit in acie &c. 4. Si ad famam accedat unus testis de*

vi.

visu; cæterùm semper probanda est fama duobus testibus omni exceptione majoribus, qui deponere debent se à fide dignis audivisse, & esse in illo loco publicum, & se credere rem ità habere. §. Quando locus est distans, ex quo difficulter haberi possunt probationes, sufficit testis unus oculatus, qui judicetur esse fide dignus, & juramento confirmet, quòd videret mortuum, exequias, sepulchrum &c. La Croix l. 6. p. 3. n. 677.

### §. XIII.

De X. Impedimento dirimente quod est publica honestas.

461. Q. I. Quid per publicam honestatem hic significetur? R. significatur propinquitas personarum orta ex sponsalibus, vel matrimonio rato, vi cujus neuter sponsus validè contrahit cum consanguineis alterius etiam illegitimis. Krim. n. 194. Vocatur publica honestas: quia videtur justum, & decens, honestatique publicæ congruum ut illi matrimonio inter se non copulentur, quos hoc impedimentum afficit. Oritur autem impedimentum hoc solùm ex validis sponsalibus; non verò ex invalidis. Patet ex Trid. Sess. 24. de ref. matr. c. 3. ubi sic: *justitia publica honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, S. Synodus prorsus, tollit, ubi autem* vali-

valida fuerint, primum gradum non excedant. Non cessat, tamen si sponsalia valide contracta mutuo consensu dissolvantur. Item tamen si unus sponsorum moriatur; cum impedimentum hoc post semel contracta sponsalia perpetuum sit. Vide Sanchez, l. 7. D. 68. n. 20. & 21. uti & dicta de spons. § 2. Q. 10.

Q. 2. Quousque publica honestas matrimonium dirimat? R. orta ex sponsalibus de futuro non dirimit ultra primum gradum jure novo Tridentini textu cit. licet jure veteri usque ad quartum gradum diremerit. Orta vero ex matrimonio rato dirimit usque ad quartum gradum: tamen si irritum fuisset ex quacunque causa, duabus exceptis 1. si irritum fuit ex defectu consensûs, ut si fictè vel à furioso, ebrio, amentè, infante, vel ex gravi metu, vel à parentibus in vita prole fuisset contractum. 2. Si irritum fuit ob impedimentum publicæ honestatis: nam matrimonium contractum cum sorore, matre, vel filia sponsæ non habet vim. Desumuntur hæc ex metu proprio Pii V. incipiente ad Romanum spectat, in quo Pontifex declaravit decretum Tridentini in Sess. 24. c. 3. cit. ut refert Sanch.

Q. 3. An sponsalia impuberum conditio-  
nata, item matrimonium clandestinum indu-  
cant hoc impedimentum? R. Sponsalia im-  
puberum absoluta, & clandestinum ma-  
tri-

P. Herzog Man.

U

tri

rimonium inducunt, non item sponsalia conditionata, quamdiu conditio non est impleta, id est, quamdiu non transeunt in absoluta. De impuberum impedimento clarè loquitur cap. *accessit* §. *sanè* de despons. impub. ubi cum Sporer n. 180. communis accedit. Impedimentum ex matrimonio clandestino tuentur Lessius de matr. n. 178. Gob. tr. 9. n. 386. Tamb. Sporer &c. Ratio etiam est: quia tale matrimonium non est irritum ex defectu interni, & naturalis consensus, sed ex defectu solennitatis, & legitimitatis formæ extrinsecæ, aut inhabilitatis personarum; ergo sicut olim jure antiquo, sic & nunc causat impedimentum. In sponsalibus conditionatis negant Sanchez l. 7. D. 69. n. 2. & seq. Coninck, Bonac. &c. Ratio est: quia sponsalia conditionata antequam conditio impleatur, non obligant, consequenter non habent vim sponsalium defectu veri consensûs. Ergo nec inducunt impedimentum. Quod impedimentum negatur in sponsalibus conditionatis, negandum etiam est in sponsalibus incertis. Ità cit. Authores. Ratio est: quia consensus matrimonii debet ferri in personam certam, ut valeat, adeoque sponsalia incerta (quibus v. g. Cajus dicat se contrahere cum una ex filiabus Titii) irrita sunt etiam ex defectu legitimi consensûs. Colligitur ex Trid. Sess. 24. c. 3. de ref. matr. ubi

de.



deciditur ex sponsalibus irritis non oriri hoc impedimentum. Vide q. i.

## §. XIV.

De XI. Impedimento dirimente  
quod est *ætas*.

**Q.** 1. *Quæ ætas ad matrimonium contra-* 464.  
*hendendum requiratur?* **R.** requiritur  
ætas pubertatis, sive ut masculus annum 14.  
fœmella 12. compleverit. Ità Sanch. l. 7. D.  
104. n. 1. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 12. n. 1.  
Tamb. &c. Pubertas hæc pubertas est le-  
galis: quia juxta Leges, & Canones in præ-  
fata ætate positi præsumuntur esse puberes,  
hoc est habiles ad copulam, licet aliquando  
aliter eveniat: Leges enim præsumunt,  
quæ communiter accidunt. Ætas porro  
hic completa esse debet, non tantum mo-  
raliter, sed & physice, ità ut contractus non  
subsistat, si vel unus dies desit. Ità cit. Sanch.  
Perez. Ilfung. &c. Imo probabilius est re-  
quiri ætatem mathematicè completam, id  
est: de momento in momentum, sicut in  
professione Religiosa. Ratio: quia in re-  
bus ab humano arbitrio non dependentibus,  
sed expressè à jure determinatis non valet  
illud: *quod parùm distat, nihil distare vide-*  
*tur*, nisi expresse fiat exceptio; nihilomi-  
nus: quia Tiraquellus apud Fagn. regulam  
hanc solum ait locum habere in odiosis, ut  
multis locis glossa probat, censet Kugler hic

n. 1483. sententiam oppositam etiam multum esse probabilem & in praxi teneri posse,

465. Q. 2. *An valeat Matrimonium ante assignationes pubertatis annos contractum, si malitia suppleat aetatem?* R. affirmative. Ita Sanch. l. 7. D. 104. n. 5. Sporer n. 124. Kugler 1492. Ratio illius est: 1. quia c. de illis 2. de Despons. impub. dicit eos, qui si contraxerunt non debere separari, atqui deberent separari, si matrimonium esset irritum; ergo. 2. Quia aetas ideò determinata est, quòd ante illam non præsumentur naturaliter esse puberes, seu capaces sufficientis consensûs, & copulæ; si ergò constat, quòd malitiâ aetatem supplente dicto modo capaces sint, non erit opus aetatem ulteriorem expectare. Ut tamen tales etiam licet contrahant, consensus requiritur Episcopi c. 2. de despons. impub. apud Kugler cit. n. 1494. Ex dictis colligitur: in quo consistat malitia supplens aetatem, videlicet in sufficiente discretionem, seu prudentiam ad penetrandam consensus conjugalis vim, 2. in capacitate ad copulam, seu in potentia generandi.

466. Q. 3. *An valeat matrimonium, si aetate legitima pubertatis adepta desit adhuc generandi potentia?* R. cum Sanch. cit. l. 7. D. 104. n. 15. Fill. Gob. Perez &c. affirmative. Ratio est: quia impotentia ad copulam ex tenera aetate proveniens est *merè temporalis*, adeo-

adeoque non dirimens matrimonium ex  
jure. Ecclesiastica autem lex impotentiam  
inter impedimenta statuit eorum duntaxat  
respectu, qui aetatem præscriptam nondum  
impleverunt. Porro ut advertatur: an im-  
potentia sit *perpetua*, consequenter diri-  
mens contractum matrimonium expectan-  
dum censet idem Sanchez n. 19. usque ad  
perfectos pubertatis annos, quæ fæminis de-  
cimo quarto, maribus decimo octavo ætatis  
anno contingit.

Q. 4. *Quæ signa sint, quòd malitia suppleat* 467.  
*aetatem quoad potentiam generandi?* R. ab eo-  
dem Sanchez à n. 24. assignari sequentia.  
1. Est si fœmina impubes ab alio fuisset co-  
gnita, vel mas impubes aliam cognovisset.  
2. Desumi potest ex inspecta à Judice per-  
sonæ qualitate, membrorum dispositione,  
bona valetudine. 3. Est præsumptio ex nisu  
ad copulam; itèm si puer aptus sit ad effu-  
sionem seminis. 4. Est menstruum fæmi-  
næ. Quòd verò malitia dicta explorari  
debeat per inspectionem verendorum, ne-  
gat n. 32. Sanch, cit. nisi dubitetur de vir-  
ginitate; vel an vir habeat membrum aptum  
generationi.

§. XV.

De XII. Impedimento dirimente,  
quod est *affinitas*.

Q. 1. *Quid sit affinitas?* R. cum La Croix 468.  
U 3. 1. 6.

l. 6. p. 3. n. 6. p. 3. n. 692. bene illam sic describi: est propinquitas quadam, qua ex copula carnali sive in, sive extra matrimonium habita, etiam cum invita, vel dormiente, oritur inter consanguineos viri, & solam mulierem; item inter consanguineos mulieris, & solum virum. Vir autem, & mulier non dicuntur propriè affines; sed sunt una caro, & vocantur *radices*, aut *principium affinitatis*. Sanch. l. 7. D. 64. n. 5. Ex quibus colligitur 1. Consanguineos viri non esse affines cum consanguineis mulieris, & vicissim; sive non dari affinitatem affinium; ac ideò consanguineus viri potest ducere consanguineam mulieris, & vicissim. Sanch. cit. D. 67 n. 2. citans cap. *non debet* de consang. & affin. 2. Affinitatem non oriri nisi ex vera, & completa copula, per quam semen viri ad vas mulieris perveniat, ut ut hoc fiat. 3. Ad affinitatem sufficere copulam dictam tum licitam, & matrimonialem, tum illicitam, & fornicariam, etiam ante sponsalia factam, Kugler de matr. 1318, & 1320.

469. Q. 2. *Quomodo computandi sint gradus in affinitate?* R. eos sic computari, sicut in consanguinitate; cum hac tamen disparitate; quòd in illa in stipite ponantur maritus, & uxor, ac ideò duplices lineæ tum rectæ, tum transversæ formari debeant. Sanch. l. 7. d. 64. n. 4. cum communi. Re-  
gu-

gulæ quoque eos computandi eadem sunt, quæ pro gradibus consanguinitatis sunt datæ.

**Q. 3.** *Usque ad quorum gradum affinitas ma-* 470.  
*trimonium dirimat?* **R.** affinitatem ex copula matrimoniali ortam dirimere matrimonium usque ad quartum; ex copula verò fornicaria usque ad secundum gradum. Colligitur ex Trid. Sess. 24. c. 4. de reform. matrim. ubi sic: *Præterea sancta Synodus eisdem, & aliis gravissimis de causis adducta impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur, restringit; in ulterioribus vero gradibus statuit hujusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.* Primum lineæ rectæ gradum affinitatis ex copula licita ortæ putant aliqui jure naturæ matrimonium dirimere; Sanchez tamen cit. D. 66. n. 7. censet dirimere jure duntaxat Ecclesiastico, citans pro se D. Thom. 22. q. 145. a. 9. ad 3. cum aliis multis,

### §. XVI.

De XIII. Impedimento dirimente  
quod est clandestinitas.

**Q. I.** *Quid nomine clandestinitatis intel-* 471.  
*ligatur?* **R.** cum communi intelligi  
*matrimonium absente Parocho, vel alio Sa-*  
cer-

eerdote de Parochi, aut ordinarii licentia,  
 & sine duobus, vel tribus testibus contractum.  
 Constat ex Trid. Sess. 24. c. 1. de ref. matr.  
 ubi sic: qui aliter, quam presente Parocho,  
 vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordini-  
 narii licentia; & duobus, vel tribus testibus  
 matrimonium contrahere attentabunt, eos  
 S. Synodus ad sic contrahendum omnino in-  
 habiles reddit, & huiusmodi contractus irri-  
 ros, & nullos esse decernit. - - Insuper Pa-  
 rochum, vel alium Sacerdotem, qui cum mi-  
 nore testium numero, & testes, qui sine Pa-  
 rocho, vel Sacerdote huiusmodi contractui in-  
 terfuerint, nec non ipsos contrahentes gravi-  
 ter ex arbitrio Ordinarii puniri præcipit. Ex  
 quo patet 1. Matrimonium clandestinum  
 non ideò dici clandestinum, quòd clam,  
 noctu, vel absque proclamationibus inea-  
 tur. 2. Matrimonium tale ante Tridenti-  
 num irritum non fuisse; licet semper fuerit  
 illicitum ob fraudes, & alia inconvenientia.  
 Quòd autem irritum reddere tale matrimo-  
 nium fuerit in Ecclesiæ potestate, desumi-  
 tur ex eodem cit. Trid. Sess. cit. Can. 4. Si  
 quis dixerit Ecclesiam non potuisse constituere  
 impedimenta matrimonium dirimentia, vel  
 in iis constituendis errasse; anathema sit. 3.  
 Cum Præsentia Parochi ad valorem requi-  
 ratur; nec in casu extremæ necessitatis ma-  
 trimonium valere; nisi Parochus assistat.  
 Ita teste La Croix l. 8. p. 3. n. 710. commu-  
 ni-

niter omnes. Constat 4. sufficere Parochum cum titulo colorato in communi errore : si enim hic titulus sufficit ad Sacramentum Pœnitentiæ , cur non sufficiat etiam ad assistendum in matrimonio ?

*Q. 2. An Parocho, vel alii Sacerdoti alterius Parochie sponfos conjungenti sine Parochi illorum licentia defaeto aliqua pœna sit statuta? 472.*

3. statutam esse suspensionem. Constat ex eodem Trid. Sess. eadem c. 1. ubi sic: *si quis Parochus, vel alius Sacerdos, sive Regularis, vel secularis sit, etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochie sponfos sine illorum Parochi licentia matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui matrimonio interesse debeat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur.* Ex quo liquet non sufficere ad valorem matrimonii præsentiam Parochi cujuscunque, sed proprii. Non est tamen opus ; ut, si sponsi sint diversæ Parochiæ, uterque Parochus assistat, sed satis est Parochus alterius contrahentium, saltèm illius contrahentis, in cujus Parochia matrimonium celebratur. Nec valet dicere unum contrahentium tali casu non à proprio Parocho conjungi : quia ratione connexionis utriusque sponsi conjungens est Parochus utriusque. Sanch. l. 3. D. 19. n. 2.

& 4. Et hoc tenendum censet tametsi Parochus in alterius Parochia assisteret. Rationem dat: quia Tridentinum solum requirit Parochi præsentiam, qui jurisdictionem voluntariam, qualis hæc est, non amittit fines Parochiæ egrediens; sicut non amittit audiendo subditi confessionem in alterius Parochia. Idem n. II.

473. Q. 3. *An ad valorem contractus matrimonialis requiratur, ut proprius Parochus, vel cui hic licentiam assistendi confert, sit Sacerdos?*  
 R. I. non requiri, ut proprius Parochus matrimonio assistens sit Sacerdos; requiri autem ut is, cui licentia assistendi confertur sit Sacerdos. Ita cit. Sanchez l. 3. D. 20. n. 3. & 10. Nav. Henr. Vega Ledesma, Kugler de matr. à n. 929. Ratio est; quia, ut ex citato Tridentini textu patet, Concilium loquens de proprio Parocho, non restringit, ut Parochus sit Sacerdos; restringit autem quoad alium, cui assistendi licentia confertur. Præterquàm quod Parochus non Sacerdos exercere possit omnia, quæ à potestate Ordinis non dependent prout non dependet dicta assistentia. Ex quo R. 2. Ad hoc ut Parochus licentiam conferat, etiam non requiri, ut Parochus sit Sacerdos; si enim, ut dictum, Parochus non Sacerdos matrimonio potest assistere, non apparet; cur non etiam licentiam assistendi alteri possit conferre. Nec obstat tum ad assistentiam, tum



tum ad collationem licentiæ, quòd Parochus sit excommunicatus, suspensus, vel irregularis: quia etiam talis verus est Parochus à Tridentino requisitus. Vide cit. Sanch, D. 1. n. 1. 3. & 4. Porrò licentiæ collatio debet esse expressa, vel saltem tacita ratihabitio de præsentì: quia ratihabitio de futuro, quâ quis putat alterum postèa ratum habiturum, non sufficit, Sanch, l. 3. D. 35. N. 17. Expressa autem alia est *generalis*, quâ conceditur administratio omnium, quæ ad animarum curam spectant; alia *specialis*, quæ conceditur assistentia in hoc Sacramento; alterutra proinde adesse debet. *Tacita ratihabitio* est tunc, cùm alienus Sacerdos vidente, & sciente, ac tacente Parocho assistit, Sanch. l. 3. d. 45. n. 20. & teste Kugler de matr. n. 983. communis.

Q. 4. *Quid si sponsus sit in Parochia, ubi Tridentinum est promulgatum, sponsa ubi non est promulgatum?* R. iniri quidem posse matrimonium in alterutra Parochia, ut docent Averf, q. 6 l. 3. Krim, n. 660. Pign. &c. Si tamen ineatur in Parochia sponsi sine assistentia Parochi erit invalidum, in Parochia sponsæ validum erit, sed illicitum, Pign. tom. 5. Consult. 79. n. 22. apud La Croix n. 714.

Q. 5. *An peregrini spectantes ad Parochiam, ubi Tridentinum non est promulgatum, contrahentes clam in Parochia, ubi est promul-*

*mulgatum, valide contrahant? R. negativè.* Ita Sanch. l. 3. d. 18. n. 26. Kùgler cit. n. 294. cum pluribus ibidem citatis. Ratio est: quia contractus, qui sunt aliquid pertinens ad forum externum, regulantur juxta leges loci, in quo fiunt c. fin. de foro comp. Imò tametsi tales contrahant coram Parocho, & testibus; non valet tamen contractus; quia Parochus talis non est peregrinorum proprius, nisi domicilium ibi figant saltèm per majorem anni partem. Aliud est de vagis, qui constantem sedem nullibi habent, uti & de talibus, qui sedem, quam habuerunt deseruerunt, & aliam quærentes nullam possident; nec ullam animo præfixerunt; quos Parochus quilibet diligenti inquisitione præmissa, & habitâ ab Ordinario licentiâ conjungere potest, ut expressè mandat Trid. 24. c. 7. de reform. matr. Cæterùm si qui de habitatione sua, ubi viget lex Tridentini, se conferant ad locum, ubi non est recepta eo solùm animo, ut clandestinè jungantur, invalidus erit contractus. Ita contra Sanchez l. 3. d. 18. & Less. in auct. v. *matrimonium* La Croix l. 6. p. 2. n. 412. allegans responsum, S. Congr. & Breve Urbani VIII. ad Ferdinandum Episcopum Colon.

476. Q. 6. *An simpliciter nunquam valeat contractus matrimonialis absque Parocho? R. cum Laym. l. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 7. Krim. n. 646. Gob.*

Gob. n. 475. Valere omnino in locis illis, ubi nulli sunt Parochi, quamvis lex Tridentini fuisset aliquando ibi promulgata. 2. Si quidem Parochus alicubi sit, sed lateat ob metum hæreticorum, aut difficilis sit ad Episcopum accessus. Hinc Captivi inter Turcas, uti & Mercatores in terris Parocho destitutis validè contrahunt, vel coram Magistratu Civili, vel duobus saltè testimoniis. Nec opus est, ut testes tum hic, tum aliàs, sint omni exceptione majores, cum Trid. id non addat. Unde sufficiunt testes infames, fæminæ, pueri habentes sufficientem rationis usum, parentes, domestici, servi. 3. Si ad Parochum non datur securus accessus, ut si adsit metus mortis, exilii, aut gravis multæ: quia tali casu censetur moraliter abesse Parochus. Ita responsum à Cong. ad Archi-Episcopum Philipp. 1603. apud La Croix n. 781. Quòd si verò habitantes in Parochia acatholica reliqua Sacramenta accipiant a vicino Parocho, tenebuntur etiam ab eodem jungi matrimonio: quia cum in aliis se illi subjecerint, censetur is eorum esse Parochus. 4. Si aliquis post sponsalia, aut post deflorationem cogatur ducere aliquam; nec tamen ipsa velit comparere coram Parocho Catholico, adsitque v. g. periculum nè capiatur Parochus Catholicus, si compareat. Ita idem La Croix n. 782.

## §. XVII.

De XIV. Impedimento, quod est  
*impotentia.*

477. **Q.** *i.* *Quid, & quotuplex sit impotentia?*  
*R.* *impotentia nomine hic intelligi*  
*inhabilitatem coeundi, sive exercendi actum*  
*conjugalem. Item inhabilitatem ad prolem ge-*  
*nerandam, licet non adsit inhabilitas coeundi,*  
*quæ impotentia sterilitas dicitur. Prima,*  
*non secunda inter impedimenta dirimen-*  
*tia numeratur. Impotentia coeundi alia*  
*est perpetua, alia temporalis. Perpetua est,*  
*quæ neque arte medica, neque consuetis*  
*Ecclesiæ exorcismis tolli potest; etsi tolli*  
*possit cum periculo vitæ, aut gravissimi*  
*morbi, vel per miraculum à miraculo*  
*per exorcismos, quod veluti ordinariè pro-*  
*venit, distinctum: quia tunc, moraliter*  
*rem æstimando, impossibilis est curatio.*  
*Talem impotentiam habent spadones, &*  
*Eunuchi, qui teste utroque carentes missio-*  
*nem veri seminis in vas muliebri præstare*  
*non possunt. Temporalis est, quæ curari*  
*potest. Laym. l. 5. tr. 10. c. 11. n. 1. & 3.*  
*An autem impotentia tolli possit, ut tem-*  
*poralis censeatur, Medicorum est dijudi-*  
*care. Præterea dividi solet in naturalē*  
*quæ ex natura, & in artificialem, quæ ex*  
*malificio dæmonis, vel hominis oritur.*  
*Item in antecedentem, & consequentem ma-*

trimonium. Itèm in *totalem*, ut si vir neque vas penetrare, neque semen immittere possit, imò etiam vero semine careat, & in *partialem*, si unus ex tribus his defectibus adsit. Denique in *absolutam*, & *respectivam*, sive in impotentiam respectu omnium, & respectu unius, vel alterius personæ tantum.

Q. 2. An utraque hæc impotentia matrimoniū dirimat. R. Solam perpetuam dirimere, si contractum matrimonialem præcesserit, aut comitetur, non itèm si sequatur. Sanch. l. 7. d. 92. n. 2. Less. de matr. Sacram. c. 12. n. 188. Laym. cit. n. 1. Hinc si anteceffit, liberum est parti innocenti etiam post contractum resilire, & aliud matrimonium inire, si impotentia, & quidem perpetua certò constet. Temporalis è contra impotentia laborans occasionem contractûs annullandi non præbet. Peccat tamen probabilius graviter, si hunc defectum in contractu occultet: contrahens enim pars non impotens, nisi aliter conveniatur, sic contrahit, ut actu velit acquirere jus ad usum matrimonii pro libitu exercendum, circa quod graviter decipitur. Kugler n. 1441. Ex quo etiam colligitur, si impotentia sit absoluta, id est respectu omnium, impotentem nullum matrimonium inire posse; è contra, si tantum sit respectiva, id est respectu unius, vel alterius, non

non posse quidem contrahere cum iis, respectu quorum impotens est; posse tamen cum aliis, respectu quorum impotens non est. Unde si quis impotens foret respectu virginis, potens respectu corruptæ, non posset quidem contrahere cum virgine; posset tamen cum corrupta. Id verò omnino illicitum est, ut tali casu puella tradatur alteri viro fortiori cognoscenda, ut viro proprio adaptetur: cum in nullo casu licita sit fornicatio. Illicitum etiam est impotentiam artificialem ex maleficio ortam (quæ etiam *accidentalis* dicitur) maleficio pellere: hoc enim esset dæmonis ope uti,

479. Q. 3. *Quomodo impotentia perpetua matrimonium dirimat, & dissolvat?* R. si impotentia antecedens, vel comitans certa sit, contrahentes in foro interno abstinere debent à toro, & copula, utpote quæ in solo matrimonio vero, vel quod habetur pro vero, licita est; licet iudex præceptum illis imponeret etiam sub excommunicatione, ut se maritaliter tractent. Tamb. l. 8. tr. 1. c. 13. §. 2. n. 5. Ipsi tamen matrimonium autoritate propria dissolvere nequeunt; sed declaratio nullitatis iudicio Ecclesiæ fieri debet. Gob. tr. 9. n. 429. Ratio est tum periculum scandali; tum periculum errandi in re tam difficili. Si verò tantum verisimilis sit, triennio cohabitare possunt ac copulam tentare, quo triennio finito si

po-

potentia non appareat, per judicem competentem procedi potest ad dissolutionem; potest item triennium illud à tentata copula computandum abbreviari. Si impotentia dubia foret, triennium à tentata copula computandum abbreviari non potest. Ita Card. de Luca citans alios, & Rotæ decisiones. Porrò judex ad dissolutionem procedere non debet, nisi adhibeat probationes, quantas potest. Insuper requiritur juramentum viri, & mulieris, sicut & septimæ manûs, id est septem consanguineorum ex parte viri, & septem ex parte mulieris. Horum, quòd verisimile credant conjuges verum dicere, illorum, quòd sciant per triennium se non potuisse matrimonium consummare. Sanch. l. 7. d. 198. n. 7. Perez d. 37. f. 11. n. 7. Fill. Hurt. &c. Porrò in defectu consanguineorum adhiberi possunt testes aliî omni exceptione majores, quibus nota conjugum vita, & mores. Imò si & tot haberi non possent, sufficere censet cit. Sanch. duos, vel tres. Præterea juramentum hoc non debet esse de impotentia respectiva, sed de absoluta v. g. frigiditate viri respectu omnium; In respectiva enim insuper, conformiter menti ejusdem Sanchezii, requiri videtur inspectio impotentis. His positis si vir, & femina dissolvi nolint quoad cohabitationem, & periculum incontinentiæ absit, possunt cohabitare tanquam frater, & soror.

*R.P. Herzig Man.*

X

Ità

Ità idem Sanch. l. 7. d. 97. n. 13. Fill. Tamb;  
&c.

480. Q. 4. *Quanam licita sint conjugibus, quando impedimentum impotentia matrimonio legitime contracto supervenit?* R. licitos illis esse tactus, amplectus, oscula, aliàque maritalis amoris signa, si periculum pollutionis absit. 2. Licitus est illis nifus ad copulam conjugalem, quàm diu spes probabilis est eam posse perfici; quamvis præter intentionem pollutio, & totius feminis effusio extra vas contingat. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 11. n. 4. Gob. tr. 9. n. 421. Fill. Sporer.

### §. XVIII.

De XV. Impedimento, quod  
est Raptus.

481. Q. 1. *Quid nomine raptus hic intelligatur?* R. intelligi violentam abductionem personæ honestæ, sive ea soluta sit, sive ligata, sive vidua causa libidinis, vel matrimonii contrahendi factam. Requiritur proinde ad verum raptum 1. violentia, per quam raptus differt à furto simplici; unde ad raptum non sufficit, si puella precibus, vel donis veris ad consentiendum inducitur; licet è contra sufficiat, si dolo, aut promissis falsis ad eundem moveatur. Requiritur 2. ut fiat causa libidinis inhonestæ, sive extra, sive intra ma-
- tri-



trimonium violentum, non verò ex causa  
 alia v. g. servitatis, quod est plagium. Re-  
 quiritur 3. ut fiat de loco in locum abductio  
 saltem inchoata ad aliquod spatium, etiam si  
 ad terminum præfixum non sit perven-  
 tum: Dummodò intentio adsit abducen-  
 di, & non tantùm quærendi majorem  
 commoditatem, aut locum occultiore  
 pro concubitu, ut si quæ ex via publica in  
 arbusta pertrahatur. Requiritur 4. ut ea,  
 quæ rapitur, sit virgo, aut vidua honesta,  
 aut alia quæcunque. Sanch. l. 7. d. 12. n. 3.  
 17. 20. 22. Kugler de matr. n. 1127. 1129.  
 1130. 1131. Less. Laym. &c. Ex quibus in-  
 ferres 1. violentam abductionem esse, si ra-  
 pitur scæmina, sub parentum, vel tuto-  
 rum potestate constituta, tamen si rapta  
 consentiat; non item si rapta sui juris in ab-  
 ductionem consensum præstet. 2. Abdu-  
 ctionem pariter esse, si personæ, quæ domi-  
 na est sui corporis, vis in abducendo infera-  
 tur, tamen si parentes, vel tutores consen-  
 tiant. Quod idem dicendum, si persona  
 volens ignorantibus parentibus, vel tuto-  
 ribus abducitur: Cùm enim tutores tales,  
 aut parentes non præstent positivum con-  
 sensum, adhuc illis sit aliqua violentia. In-  
 dern est, si scæmina sui juris priùs consensit,  
 dein pœnitens ob consensum, eum retra-  
 ctet, & invita abducatur. Excipe in his,  
 nisi priùs sponsalia contracta essent. 3.

Raptum non esse, si abducatur meretrix. Vide Authores citatos.

482. Q. 2. *Quæ pœna Raptoribus à jure Civili sint statuta?* R. L. un. Cod. de raptu virginum seu viriduarum, pro raptu puellæ vel mulieris honestæ sive nuptæ, sive inuptæ remota omni appellatione statuitur supplicium capitalis tum Raptori, tum iis, qui ipsi auxilio fuerint, & bona illorum addicuntur mulieri raptæ. Deprehensus in flagrante crimine potest à conjunctis personis, & à Tutoribus, vel Curatoribus raptæ impunè interfici, spectato foro Civili. Si rapta sit serva, etiam supplicium capitalis statuitur; absque bonorum tamen additione. Nec datur facultas raptæ virgini, vel viduæ Raptorem suum sibi in matrimonium exposcere, ita ut jure Civili ejusmodi matrimonium esset invalidum. Ita Sanch. cit. n. 41. Kugler n. 222 §. addit hic Kugler cit. L. cit. circa has pœnas consuetudinem locorum spectandam esse.

483. Q. 3. *Quæ pœna Raptoribus jure Canonico sint statuta?* R. Hoc non approbare quidem pœnam mortis per Leges statutam; jure tamen antiquo Raptor cedebat raptæ in servitutem, ita tamen ut pretio per Leges persoluto redimere se posset. Quòd si rapta in raptum consensisset, debebat hæc parentibus restitui; Raptor autem fiebat servus eorundem, dum pretio competente se redimeret  
C. de Raptoribus 3. XXXVI, q. 1, 2, Raptor-  
res,

res, & cooperatores, si Clerici sunt, à gradu, seu Ordine clericali decidunt, hoc est, deponendi sunt c. de puellis 4. XXXVI. q. 2. Si verò Laici sint, excommunicationem incurrunr c. 1. 2. 4. 5. & 6. XXXVI. qu. 2. 3. Raptoris personæ Religiosæ bona vindicantur à loco Religioso c. si quis 30 XXVII. qu. 1. Pœnam invaliditatis matrimonii jure civili statutam jus Canonicum abstulit c. cum causa 6. c. fin. de Raptoribus; ac idè licet raptus ut sponsalia, ità matrimonium invalidet, quàm diu rapta est in potestate Raptoris; posita tamen extra illam validè contrahit. Excusat præterea c. 6. citatum Raptorem, si sponsam volentem, seu consentientem rapuit, licet invitis parentibus; dummodo sponsalia præcesserint: nam jure Canonico ibi tantùm raptus agnoscitur, ubi nihil de nuptiis actum, & simul sponsa nolens abducta est. Ita Kugler n. 1126. Pro quorum luce.

Qu. 4. Quid de raptu constituerit Tridenti 484.  
num? R. id patere ex Sess. 24. c. 6. de ref. matr. ubi sic: *decernit S. Synodus inter Raptorem, & Raptam, quàm diu ipsa in potestate Raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quòd si rapta à Raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam Raptor in uxorem habeat, & nihilominus Raptor ipse, ac omnes illi consilium au-*

xilium, & favorem præbentes, sint ipso jure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces; & si Clerici fuerint, de proprio gradu decident. Teneatur præterea Raptor mulierem Raptam, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter arbitrio judicis dotare.

485. Q. 5. An si mulier per vim abducat juvenem matrimonii causa, locum habeat hac lex Tridentini? R. cum Gob. tr. 9. n. 543. Escobar, Mor. l. 27. c. 33. dub. 141. &c. negativè: quia Concilium loquitur expressè de solis Raptoribus, non de Raptricibus; nec solent Leges statui de casibus rarissimis; est autem rarissimum, quòd mulier per se, vel per alios matrimonii causâ aliquem abducat.

486. Q. 6. An sponsa post sponsalia, si vel abducat vi, vel sponte, resistentibus Parentibus, aut Tutoribus sequatur, in matrimonium consentiens validè id ipsum contrahat, etiã tunc, dum in Raptoris potestate constituta est? R. affirmativè. Ita enim expressè definitur c. cum causa, de Raptoribus.

### §. XIX.

De revelatione invalidi Matrimonii, ac dispensatione in impedimento dirimente.

487. Q. I. Quot modis matrimonium fiat invalidum? R. duobus. Primò defectu

fectu consensus sufficientis, ad quem modum spectat consensus fictus, & metu extortus. 2. Ob dirimens impedimentum sive notum sit contrahentibus, sive occultum, Ubi noto ex Clem. unica de Consangu. eos qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione Canonica interdictus, aut cum Monialibus contrahere matrimonialiter non verentur; nec non Religiosos, & Moniales, & Clericos in Sacris Ordinibus constitutos matrimonia contrahentes - - excommunicationis sententia ipso facto subjacere. Hæc tamen pœna, cum sit odiosa, non contrahitur propter alia impedimenta præter expressa. Krim. n. 1239. Nec incurritur ab eo, qui bona fide contraxit, & re cognitâ in incestuoso, vel sacrilego usû talis matrimonii perseverat. Ratio est eadem.

Q. 2. Quomodo matrimonium invalidum revalidetur? R. 1. Si invalidum est defectu consensus, revalidandum est per consensum verum. Unde si ex una tantum parte defectus hic se tenet, curandum est: Ut ea saltem novum verum consensum eliciat. Sanchez, l. 2. d. 32. n. 9. & 10. Nav. Coninck, &c. Sufficere autem tunc consensum internum probabile censent Kugler à n. 590. Aversa, Sanchez &c. R. 2. Si invalidum est ob dirimens impedimentum, revalidandum pariter est per novum consensum im-

pertrata dispensatione, ut docet communis. Unde si una pars impedimentum ignoret, vel dubitetur, an illi constet, inducenda est suaviter ad novum consensum absolute præstandum. Busenb. l. 6. tr. 6. c. 3. d. 3. modum geminum indicat, nempe; ut pars impedimentum cognitum habens alteri dicat: *Si mihi non nupsisses, nonne modò nuberet vel angor scrupulis de matrimonii nostri valore, ideòque renovemus consensum.* Primus tamen modus sufficere non videtur, nisi consensus alterius partis sit absolutus. Si verò exinde detractionem, & scandala, gravesque molestias prævideret, docet Sanch. l. 2. d. 36. n. 8. cum aliis sufficere, si pars conscia consensum renovet, & alteri declaret cautè curans, ut consensus utriusque renovetur. Potrò si matrimonium ab impeditis contractum est coram Parocho, & testibus, non est opus ut coram iisdem consensus renovetur, si impedimentum est occultum, secus, si sit notum. Ita idem Sanchez l. 2. d. 37. n. 3. & 10.

489. Q. 3. *A quo dispensari possit in impedimentis matrimonii?* R. 1. Papa potest dispensare in omnibus impedimentis jure Ecclesiastico dirimentibus; non item in impedimentis dirimentibus jure naturæ, vel Divino, nisi ex speciali concessione, ex qua matrimonium ratum potest dissolvere ex justa causa. Diana p. 8. tr. 1. ref. 52. Ratio prioris

ris est , quia inferior non disponit in lege superioris. Ratio posterioris est : quia solus Pontifex inducit impedimenta dirimentia ; ergo etiam solus illa tollere potest. *R.*  
2. Episcopus in impedimentis dirimentibus matrimonium jam contractum dispensare non potest ordinario jure , nisi ex tacita concessione in casu necessitatis , quando sequentia concurrunt 1. Ut defectus sit dispensabilis. 2. Ut sit occultus, id est non divulgatus. 3. Ut ex altera parte saltem matrimonium sit bona fide contractum. 4. Ut non sit facilis accessus ad Papam. Ita communis cum Perez d. 43. f. 6. Zanch. Bussenb. &c. Quòd si matrimonium contractum esset ex dispensatione subreptitia, non potest Episcopus sua dispensatione priorem confirmare. Ita cit. Authores. Nunquam etiam potest , si matrimonium nondum sit contractum ; imò nec Legatus à Latere. Laym. l. 5. IO. p. 4. c. 6. Bon. &c. nisi forte ingens urgeret necessitas ad grave malum evitandum. *R.* 2. Episcopus dispensare potest in impedimentis impediens excepto voto castitatis , & sponsalibus prioribus. Item in supervenientibus matrimonio , & debiti petitionem impediens, Sanch. l. 8. d. 22. n. 15. Confessarii Regulares possunt dispensare ad petendum debitum post conjunctionem consanguinei conjugis in secundo gradu ; cum facultate tamen suorum

330 *Obligatio Parochi III. Pascere oves Sacramen-*  
*rum Provincialium.* Manuel in Bullam  
Cruc. § 13. n. 17. Porro ut dispensetur in  
impedimentis dirimentibus, requiritur pri-  
mò causa justa, ut ablatio scandali, extin-  
ctio litis inter agnatos, merita potentis &c.  
Vide Sanch d. 19. In dubio: an quis ha-  
beat impedimentum dirimens, & adhibita  
sufficienti diligentia veritatem nequeat in-  
telligere, probabile censet Busenb. 6. l. 6.  
tr. 6. c. 3. d. 4. cum aliis posse con-  
trahi absque dispensa-  
tione,

A. M. D. G.





*Index Rerum, & Verborum.*

A.

**A** Berrans; ejus reductio? à n. 31. An ad hanc Parochus obligetur? n. eod. An in errata subditorum illi inquirendum? n. 32. An corrigenda dubia? n.

33. An à correctione excuset metus imminentis mali? n. 34. An teneatur corrigere, cum spes profectus non affulget? n. 35. An adhibenda correctio publica? n. 36. An etiam intima subditorum pernoscenda n. 42. plura vide Correctio.

Absolutio, vide Confessarius.

Abusus, quis contingat in Missæ Sacrificio n. 176. 177. 178. quomodo tollendus ibid.

Actus resignationis in divinam voluntatem n. 75. fidei, spei n. 28. Charitatis & contritionis n. 79. Adorationis Christi in Eucharistia n. 84.

Administratio Sacramentorum in genere à n. 88. An Parochus excommunicatus teneatur illa administrare n. 96. An Parochus possit dare alteri licentiam administrandi n. 97.

Quid an validam, & licitam administrationem requiratur n. 99. An licitè administrantur sequendo opinionem probabilem tutiore relicta n. 103. An publico peccatori n. 104. 105. 106. An occulto publicè petenti n. 107.

Administratio Sacramentorum in particulari, vide in verbis singulorum Sacramentorum.

Adulterium quando impedimentum? n. 445.

446.

Affi-

Passere over Sacramen.

Mauei in Bullam  
rò ut dispensetur in  
us, requiritur opi  
o scandali, cimo  
merita peccatis be.  
bio: an quis ha  
tus, & adhibita  
nem nequeat in  
Bulens. 6. l. 6.  
alius posse con  
spenia.

G.



Index

*Index Rerum,*

Affinitas impedimentum dirimens, quid sit? n. 468. Gradus affinitatis quomodo computandi n. 469. Ad quatum gradum usque dirimat affinitas n. 470.

*Æger. Ægris assistendi modus a. n. 71. An expectandum Parocho dum vocetur ad ægros n. 72. Quid agendum in primo accessu n. 74. quid si æger mortis nuncio angatur n. 75. quid si amorem longioris vitæ prætexat n. 76. quomodo disponendus ad patientiam, fidem, spem, DEI amorem, contritionem, & Sacramentum pœnitentiæ n. 77 78. 79. 81. quid si æger vix loqui possit n. 80. Quæ remedia contra obstinationem & desperationem n. 82. 83. quid circa viaticum n. 84. quid circa extremam unctionem n. 85. quid postquam æger expiravit n. 87. An sufficiat ægrum semel adire, & de necessariis providere n. 86.*

*Ætas impedimentum dirimens. Quæ ætas ad contrahendum matrimonium requiratur n. 464. An si ætatem suppleat malitia, valeat matrimonium ante pubertatis annos contractum n. 465. Quæ signa quod malitia suppleat ætatem n. 467. An completa ætate valeat matrimonium, si desit adhuc potentia generandi n. 466.*

*Aphorismi seu doctrinæ pro Ministro ordinario Baptismi n. 126. & seqq.*

*Artha quid? Quæ circa illam observanda n. 353.*

*Avaritiæ fuga a. n. 56. Quomodo delinquere possit hoc vitio Parochus n. eod. & seqq.*

B, Ba-

B.

**B**aptismus a, n. 117.

Baptismi circumstantiæ quæ observandæ  
n. 172.

Baptismo cognatio spiritualis à quibus perso-  
nis contrahatur n. 148.

Baptismalis fons qualis esse debeat n. 150.

Baptismi forma quæ sufficiens? quæ necessaria  
n. 165. quæ æquivalens consuetæ n. 166.  
quæ corruptio destruat valorem n. 167. An  
tota forma proferri possit ante, vel post  
ablutionem n. 169.

Baptismus quando iterandus n. 170. 171.

Baptismi liber, quid circa illum observandum  
a, n. 152. vide cognatio spiritualis, & Pa-  
trinus.

Baptismi materia quæ? & quotuplex n. 159.

Quæ aqua verè elementaris n. 160. Quæ  
dubia, & quando adhibenda n. 161. Quis  
liquor non sit aqua n. 162. quotuplex ab-  
lutio n. 163. quæ dubia 164.

Baptismi Minister quis n. 117. An laicus in  
necessitate licitè baptizet n. 121. An laicus  
in necessitate teneatur baptizare n. 122. Ba-  
ptizans solenniter, si non sit Sacerdos, quam  
pœnam incurrat n. 118. An eandem pœ-  
nam incurrat Parochus excommunicatus  
solenniter baptizans n. 199. An graviter  
peccet unam, vel alteram ceremoniam  
omittens n. 120.

Baptismi subjectum quod a, n. 141. Qui va-  
lide, & licite baptizentur n. eod. Quid ad  
valorem requiratur in adulto n. 142. Quid  
ad

*Index Rerum,*

- ad licitum, & fructuosum n. 143. An in  
amente requiratur consensus n. 144. An ba-  
ptizari possit sc̄tus imperfectè figuratus n.  
147. An monstrum n. 148. An ad bap-  
tismum infantium requiratur Parentum con-  
sensus n. 147. baptizato quale nomen im-  
ponendum n. 149.  
Benedictiones nuptiales. Quid de iis scien-  
dum n. 417.  
Blasphemia quotuplex n. 292. Quomodo cu-  
randa n. 293.  
Bona dotalia, Paraphernalia, propria, com̄unia  
quæ n. 354. Quid circa illa notandum eod.  
Bona Matrimonii n. 371.

**C.**

- C**Athechismus quale impedimentum n. 408.  
Circumstantiæ speciem mutantem quæ n.  
250. Quæ pro his discernendis regula n. 251  
aggravantes an necessariò explicandæ n. 252.  
Cladestinitas in sponsalibus an impedi-  
mentum impediens tantum n. 413. quid circa  
illam observandum n. 414.  
Clandestinitas in matrimonio impedimentum  
dirimens. Quid hoc nomine intelligatur,  
& unde dicatur matrimonium clandesti-  
num n. 471. quæ pœna non suos con-  
juncti Parocho sit statuta n. 472. An pro-  
prius Parochus, aut cui hic licentiam con-  
fert, debeat esse Sacerdos n. 473. Quid si  
sponsus sit in Parochia, ubi Tridentinum est  
promulgatum, sponsa, ubi non est promul-  
gatum

gatum n. 474. An sponsi Parochiæ, ubi promulgatum est, contrahentes in Parochia, ubi promulgatum non est, validè contrahant n. 475. An simpliciter nunquam valeat contractus matrimonialis sine Parocho n. 476.

Cogitatio quando peccaminosa n. 237.

Cognatio impedimentum dirimens, quotuplex, & quæ ejus vis n. 432.

Cognatio naturalis, vide Consanguinitas.

Cognatio spiritualis à quibus vi baptismi contrahatur n. 148. à quibus vi Confirmationis n. 436. quæ requirantur in baptismo ad cognitionem contrahendam n. 150.

Cognitionis naturalis impedimentum quo Jure inductum n. 437.

Cognatio legalis quid? & quomodo dirimat matrimonium n. 239.

Cohabitatio. An uxor teneatur sequi virum ad cohabitationem n. 400.

Communio Paschalis n. 200. Quæ cura circa eam à subditis paragenda Parocho incumbat n. eod. An fatui admittendi n. 201. qui capaces ibid. An sacrilegè communicans ad aliam communionem adstringi possit n. 202.

An neglecta post Paschale tempus peragenda n. 203. An præviso impedimento Paschali tempore citius exigi possit n. 204. An communicantes apud Religiosos adigi possint, ut in Parochia communicent n. 205. quid de Sudiofo ibid. quid de familiaribus Religiosorum ibid. An pœnæ non communicantibus statutz sint sententiæ latæ n. 203.

Compositio discordiarum a. n. 43. vide Dis-  
cordia,

Conditio impedimentum dirimens. Quid no-  
mine *Conditionis* intelligatur n. 426. An  
semper dirimat n. 427. An servus cum ser-  
va licite contrahat n. 428. Cujus Conditio-  
nem sequantur proles, si liber cum serva aut  
vicissim contrahat n. 429.

Confessio. Quis frequentis Confessionis fru-  
ctus n. 260. quis fructus generalis Confes-  
sionis n. 263. quando urgeat Confessionis  
generalis necessitas n. 261. quando citra  
necessitatem salutaris n. 262. quam pri-  
mam curam habere debeat pœnitens respec-  
tu Confessionis n. 248. quæ Conditiones  
ad bonam Confessionem requirantur n. 249.  
253. An explicandæ circumstantiæ aggra-  
vantes n. 252. quid post Confessionem  
agendum n. 254.

Confessarius. Quæ administratio Sacramenti  
pœnitentiæ fructuosa n. 227. Quid pro  
hac Parocho agendum n. eod. quid pro hac  
requiratur in pœnitente n. 228. Quæ in  
Confessario requiratur notitia n. 264. quo-  
ties Parochus suorum Confessiones audire  
teneatur n. 223. An cum periculo mortis  
n. 224. quomodo peste infectorum Con-  
fessiones excipiendæ n. 237. quæ in Con-  
fessario scientia sit sufficiens n. 264. quo-  
tuplex illius scientia n. 265. 267. An be-  
nigniores sententiæ illi sequendæ n. 266.  
qui pœnitentes quæstionibus ab eo juven-  
di n. 268. quomodo interrogandus homo

agre-

agrestis, & rudis, n. 269. Quomodo agendum cum occultantibus peccata, n. 270. quid si pœnitens examine, & dispositione egens adveniat in populi concursu. n. 271. quæ regula servanda Confessario in pœnitentiarum impositione n. 272. quando leviores imponi possint n. 273. quæ opera injungenda n. 274. quo numero n. 275. quid requiratur in Confessario ad validam absolutionem n. 277. An quandoque denegari possit absolutio n. 278. quid Confessario præstandum circa constitutum in proxima occasione peccandi n. 280. 281. 282. quid circa publicum peccatorem. n. 283. quomodo ab illo curanda ignorantia pœnitentis n. 285. quomodo duritia cordis a. n. 289. quomodo blasphemia, juramentum, & jurandi consuetudo n. 292. quomodo obligati ad restitutionem a. n. 294. quomodo odio, & inimicitis impliciti. n. 303. quomodo luxuriosi n. 307. quomodo scrupulosi n. 310.

Confirmatio, quid ad illam conferre debeat suscipienti Pastor n. 173. quomodo eam subditis oporteat declarare n. 174.

Conjugicidium quando impedimentum n. 443. 444.

Consanguinitas Consanguinitatis linea quid n. 433. quid gradus n. 434. quæ regulæ pro gradibus his computandis n. 435. consanguinitatis figura duplex ibid.

Consensus Parentum in Baptismum, vide Baptismus.

R. P. Herzig Man.

Y

Con-

*Index Rerum,*

- Consensus in sponsalia ex metu an validus**  
n. 335. 332.
- Correctio subditorum publica** n. 36. **Quotuplex sit Correctio subditorum** n. 37. **Quid agendum si admoniti se excusent** n. 38. **Quid si corripiens à correptis reprehendatur** n. 39. **Quid si correctio non proficiat** n. 41. vide aberrantium reductio.
- Conversandi modus**, a. n. 66. **quotuplex Conversatio** n. eod. **Quomodo utilis futura** n. 67. **quæ periculosa** n. 68. **quæ noxia** n. 69. **Regula pro Conversatione** n. 70.
- Crimen quale impedimentum** n. 409. 441. **quotuplex crimen** 442.
- Cultûs disparitas impedimentum dirimens**, **quid sit** n. 447. **quæ circa matrimonia catholici cum hæretico**, & **vicissim in praxi observanda** n. 448.
- Cultûs divini studium quomodo à Parocho procurandum** n. 52. **in quo consistat?** n. eod. **quæ ad illud media** n. 53.
- Cura Angelicæ castitatis**, a. n. 61.

**D.**

- Denuntiationes**, seu banna, seu proclamationes, **quid circa illas sciendum** n. 415.
- Dirimentia impedimenta**, vide impedimenta matrimonii.
- Dies sacri**, **Quid diebus sacris Parocho agendum** n. 54.
- Discordiarum compositio**, a. n. 43. **discordia quotuplex** n. eod. **quod remedium** n. 44. **quid**



quid pacificatori occurrenti observandum

n. 45. quid in civilibus causis attendendum

n. 46. quid in criminalibus n. 47.

Disparitas cultûs, vide Cultûs disparitas.

Dispensatio Eucharistiæ à. n. 192. An morta-

liter peccet dispensando in mortali n. 193.

in quibus paramentis Eucharistia distri-

bueda n. 194. quibus digitis n. 195. quid si

agendum hostiâ decidente n. 196. quid si

comunicans hostiam deponat in strophium

n. 197. quid si bestia eam absumpserit n.

198. quid si evomi contingat n. 199.

Dispensatio in impedimentis matrimonii, à

quo in illis dispensari possit n. 89.

Dispositio ægri a. n. 71.

Divortium matrimonii, vide Matrimonium.

Dolor qualis in pœnitente requiratur n. 239.

in quibus hominibus facilis ejus defectus

n. 240. quis modus verum dolorem elicien-

di n. 241. quomodo verus à ficto discernen-

duus n. 279.

Donum matutinum quid? & quid circa illud

notandum n. 353.

Dos vide bona dotalia.

Dubium quando prudens? quando leve n. 115.

An dubium prudens de omnibus male ba-

puzatis, si Parochus sciens aliquos à se in-

validè baptizatos, nesciat, qui illi sint n.

116.

Duritia cordis quotuplex n. 289. quod re-

medium n. 290, 291.

E.

**E**cclēsia Parochialis n. 7. quæ ad Constitu-  
tionem illius requisita, ibid. quæ dicatur  
Mater? quæ filialis, ibid.

Ecclesiæ veritum quale impedimentum n. 406.

Egenis succurrendi obligatio in Parocho n. 59.

Error impedimentum dirimens, quotuplex er-  
ror n. 421. An omnis invalidet matrimo-  
nium n. 422. qualiter peccet, qui causam dat  
contrahenti erroris n. 424. Item qui indu-  
cit ad nuptias cum deflorata.

Eucharistia a. n. 175.

Examen Conscientiæ docendus pœnitens n.  
230. quando in hoc negligentia sit culpa-  
bilis n. 231. circa quæ eam evenire contingat  
n. 232. quæ peccata occulta manere possint in  
Sacerdote n. 233. In Patribus fami-  
lias n. 234. In negotiatoribus n. 235.  
In aliis n. 236. Examinis boni methodus  
n. 238.

Exemplum Parochi bonum a. n. 48. vide Vita  
Parochi inculpabilis, Exempla impuditiæ  
mala vitanda n. 61.

Extrema unctio a. n. 314. quid Parocho cir-  
ca hoc Sacramentum observandum n. eod.  
& n. 315. quis minister n. 316. quod sub-  
jectum n. 317. An eidem infirmo sæpius  
conferri possit n. 318. An æger ad eam  
teneatur n. 319. An Parochus pro ea ole-  
um alterius anni adhibere possit n. 320.  
An in unguentis sensibus ordo servandus  
n. 321. quis illius ordo in Sacramentorum  
aliorum collatione n. 322. Illius forma n.

323. An repetenda ad singulorum sensuum  
unctiones ibid. quis sensus verborum:  
*quiquid deliquisti* n. 384.

F.

**F**Ama, Quid circa ejus restitutionem obser-  
vandum? n. 302.

Finis matrimonii n. 352.

Fœtus imperfectè figuratus an baptizandus  
n. 145.

Fons baptismalis qualis esse debeat n. 150.

Formæ Sacramentorum, vide suis locis.

Formulæ Sponsalium, & matrimonii n. 337.  
quæ regulæ, si dubiæ sint, vel obscuræ n.  
357.

G.

**G**OMorrhœa quid n. 390. facit usum conju-  
gii illicitum ibid.

Gradus affinitatis quomodo computandi n.  
469. Ad quotum usque gradum dirimat  
affinitas n. 470. qui Jure Ecclesiastico, qui  
Jure naturæ sint inducti ad matrimonium  
dirimendum n. 437.

H.

**H**ÆRETICUS. An impedimenta inducta legi-  
bus Ecclesiasticis obligent hæreticos n.  
404. An valeant sponsalia cum persona hæ-  
retica n. 339. quid circa matrimonium  
cum hæretica in praxi observandum n. 448.  
An matrimonia hæreticorum sint indisso-  
lubilia n. 397. An hæreticus agere possit pa-  
trinum in Catholico baptismo n. 156.

Homicida. Quid agendum, si pœnitens sit  
homicida n. 306.

Y 3

Honc-

*Index Rerum,*

Honestas publica impedimentum dirimens.  
Quid per illam intelligatur n. 461. Ad  
quem usque gradum dirimat n. 462. An  
eam inducant sponsalia impuberum, & ma-  
trimonium clandestinum n. 463.

I.

**I**gnorantia pœnitentis quotuplex n. 285.  
Quo pacto curanda a. n. 286.

Impedimenta matrimonii quotuplicis generis  
n. 401. Quæ a. n. 481. Impedientia quæ  
n. 405. Quæ dirimentia n. 418. Cujus po-  
testatis sit impedimenta matrimonii indu-  
cere n. 402. An etiam possit Episcopus n.  
403. An inducta legibus Ecclesiasticis ob-  
ligent hæreticos n. 404. Impedimenta ma-  
nifestandi obligatio n. 416. An sciens vel  
dubitans de eorum aliquo valide n. 416.  
quomodo practicè procedendum quando  
existimatur adesse impedimentum n. 420.  
Singula in particulare vide in singulorum  
verbis.

Impotentia impedimentum dirimens quid? &  
quotuplex? n. 477. An omnis impotentia  
dirimat n. 478. Quomodo perpetua diri-  
mat n. 479. Quid conjugibus liceat, si im-  
potentia matrimonio superveniat n. 480.

Impudicitia quæ contra illam remedia n. 61.  
62. 63. 64. 65.

Inimicitia. Quomodo dignosci possit: an pœ-  
nitens, quod dicit, inimicitias remisit n.  
303. An saluatio, & sermocinatio cum  
inimico sit de præcepto n. 304. Quod re-  
medium n. 405.

Institutio motum n. 23.

Instit-

Institutio parvulorum, a.n.24. vide Parvulorum institutio.

Intentio quæ optima? Quæ sufficiens? Quæ insufficientis ad Sacramentorum administrationem n.100.

Jurisdictio. Quam Jurisdictionem habeat Parochus in foro pœnitentiæ n.218. An dimissio Beneficiò audire possit subditorum Confessiones n.219. An jurisdictionem habeat in eos, qui domicilium in Parochia non habent n.220. An impedire possit Regulares, ne subditorum Confessiones audiant n.221. An jurisdictionem possit alteri delegare n.222

L.

Liber baptismalis n.152. An peccet graviter Parochus non inscribendo nomina eorum, quæ debet n.150. Qui inscribendi n.154.

Ligamen impedimentum dirimens. Quid hoc nomine intelligatur n.457. An matrimonium cum dubio de conjugis morte contractum sit validum n.458. Quanta notitia necessaria de conjugis morte n.459. Quæ argumenta, è quibus certitudo haberi possit n.460.

Luxuria. Unde ordianda Curatio n.307.308. Quid suadendum, cum voluntas seria in pœnitente apparet n.309.

M.

Materia Sacramentorum, vide in singulorum verbis.

Matrimonium quid? n.367. Quis pro eo requiratur consensus n.368.

Y 4

Ma-

*Index Rerum,*

**Matrimonii materia quæ? quæ forma n. 369.**

**Matrimonii Minister quis n. 370.**

**Matrimonii bona quæ n. 371.**

**Matrimonii fines qui n. 372.**

**Matrimonii impedimenta, vide, V. impedimenta matrimonii, & in particulari suis verbis.**

**Matrimonium quoduplex n. 373. quid matrimonium fictum. Quas vires habeat. An aliquando licitum; quomodo reiterandum n. 374. An valeat sub Conditione initum n. 379. quando præsumatur vel probetur irritum n. 380. quando dicatur consummatum n. 383. quæ Conjugum circa matrimonium peccata n. 391. quid ad ea vitanda juret n. 392.**

**Matrimonii Sacramentum. An ratio matrimonii separabilis sit à ratione Sacramenti n. 381. An supposita dispensatione inter fidelem, & infidelem sit Sacramentum n. 382.**

**Matrimonii usus an licitus n. 384. An præceptus n. 393. quando per accidens sit illicitus n. 385. An præcisè propter sanitatem sit licitus n. 386. An ob solam voluptatem n. 387. quid licitum conjugii post initum matrimonium dabitanti de morte alterius conjugis n. 388. An steriles, & post matrimonium facti Ennuchi, aut impotentes licitè tentent usum n. 389. quo tempore sit illicitus n. 390.**

**Matrimonii divortium quoduplex n. 394. An quoad vinculum fieri possit inter infideles, si**

Consummat  
ur. si eorum  
tur n. 395.  
sine indiffi  
bimstre dur  
eligitur inge  
quando licet  
n. 399.  
Matrimonium  
spontivum d  
ocatur impe  
n. 390. Mo  
Impedimenta  
Meus impedim  
tu dicitur n.  
tu meros n.  
matrimoniu  
Modus agris al  
Modus coarctat  
Modus examina  
men Confessio  
Modus elicendi  
dolor.  
Modus Sacram  
administrati  
Monstrum, vi  
Morum inflire  
Moris, ut pal  
faciat n. 9.  
Nomen bar  
n. 149.  
Necessitas. C

si consummatum sit n. 395. An dissolvatur, si eorum unus veram fidem amplectatur n. 396. An hæreticorum matrimonia sint indissolubilia n. 395. An post primum bimestre durante matrimonio rato licitè eligatur ingressus in religionem n. 398. quando licitè fiat divortium quoad thorum n. 399.

Matrimonium clandestinum an habeat vim sponsalium de futuro n. 349. An ex illo oriatur impedimentum publicæ honestatis n. 350. Matrimonii impedimenta. vide Impedimenta matrimonii.

Metus impedimentum dirimens. Qualis metus dirimat n. 450. Quæ signa intervenientis metus n. 451. An peccet iniens metu matrimonium n. 452.

Modus ægris assistendi, vide verbo æger.

Modus conversandi, vide Conversandi modus.

Modus examinandi Conscientiam. vide Examen Conscientiæ.

Modus eliciendi verum dolorem, vide verbo dolor.

Modus Sacramentum pœnitentiæ fructuosè administrandi, vide Confessarius.

Monstrum, vide baptismi subjectum.

Morum institutio, vide institutio morum.

Motiva, ut pastor obligationi suæ debitè satisfaciat n. 9.

N.

Nomen baptizando quale imponendum? n. 149.

Necessitas. Quomodo sciri possit à Parocho, quòd

Y 5

*Index Rerum,*

quòd subditi sint in gravi necessitate n. 225.

O.

**O**bligatio Parochi in genere n. 6.

Obligatio pascendi oves doctrinam n. 10.

Obligatio docendi rudes n. 10 Unde colligatur

n. 11. An ab illa excuset Auditorum paucitas, inattentio, nullus apparens fructus, negotiorum multitudo docendi imperitia, Consuetudo rarò, aut nunquam docendi n. 13. 14. 15. 16. 17. Quid agendum Parocho, si munus docendi ei reddatur impossibile?

Obligatio invigilandi, ut ægri maturè sumant viaticum n. 207.

Obligatio Concionandi n. 19.

Obligatio reducendi aberrantes n. 31.

Obligatio pascendi oves exemplo n. 48.

Obligatio egenis succurrendi n. 59. An satisfaciat stipem erogando in cognatos n. 60.

Obligatio vitandi mala impudicitiae exempla n. 61.

Obligatio juvandi infirmos n. 71.

Obligatio pascendi oves Sacramentis, a. n. 88.

Quando urgeat n. 90. An etiam cum periculo mortis n. 91. An in Peste Parochus substituere sibi possit alium n. 93.

Obligatio respectu Sacramentorum in particulari, vide suis locis.

Obligatio ex sponsalibus orta a. n. 340. Quae oriatur ex Conditionatis: si Pater vel Mater consenserint n. 347. si Papa dispensaverit n. 345.

Obligatio ejus, qui facta promissione induxit puellam ad copulam n. 531. Obl-



**Obligatio manifestandi impedimenta** n. 416.

**Obstetrices** a. n. 137. An teneantur sub mortali discere formulam, & modum baptizandi n. eod. An Parochus eas teneatur examinare n. 138. An omnes ab iis baptizati rebaptizandi n. 139.

**Occasio** quæ proxima? quæ remota n. 23. An propositum pœnitentis ad occasiones proximas extendi debeat n. 246. Quomodo ex proxima facienda remota n. 247. & 280. quæ difficultas esse debeat, ut deobliget ab occasione proxima removenda n. 281.

**Odiu**. Odio impliciti, vide inimicitia.

**Oleu**. Oleo catechumenorum, aut infirmorum deficiente quid agendum Parocho? n. 157. Oleu Confirmationis quid significet n. 174.

**Ordinis Sacramentum**, quid circa illud præstandum Parocho n. 352. 356.

**Ordo Impedimentum** dirimens. quis ordo dirimat 453. An Clericus græcus in ordine sacro validè contrahat n. 454. Quale matrimonium sacer ordo dirimat 455. Quas pœnas contrahat Clericus matrimonium contrahens n. 456.

**Oves**, quomodo à Parocho pascendæ n. 7.

P.

**PARENTES**. An graviter peccent, si hæretico prolem baptizandam deferant n. 123. An agere possint Patrinos n. 157. An cognitionem contrahant in Baptismo 148. 157.

**Parochia** quid? n. 2. Quomodo constituitur ibid. Paro-

**Parochus, quid nomine Parochi indicetur n.**  
1. unde dicatur Plebanus, Curatus, Pastor,  
Sacerdos proprius, ibid. quæ requisita in  
eo, qui ad munus Parochi est eligendus n. 5.  
quod munus, & obligatio Parochi n. 6. Pa-  
rochus testis in matrimonio, vide clande-  
stinitas.

**Parvulorum institutio n. 23.** quæ materia iis  
tradenda n. 24. 25. An satis si memoria ca-  
techesim teneant n. 26. quid agendum, si  
catechesim refugiant n. 37. quis modus in  
agendo cum illis adhibendus n. 28. quid  
agendum, si nimia sit multitudo n. 29. quid  
munere huic fructuosè addi possit n. 30.

**Paschalis Communio, vide Communio Pa-  
schalis.**

**Patrinus quid. n. 155.** quæ ejus obligatio, ibid.  
quis verus Patrinus ibid.

**Peccator, Peccatori publico, vel occulto an Sa-  
cramentum Eucharistiæ administrandum ?  
& quomodo n. 104. 105. 106. 107. 108.**  
quid Confessario circa publicum peccato-  
rem observandum n. 283.

**Peccatum. Quæ peccata conjugum circa ma-  
trimonium n. 391. quid ad ea vitanda ju-  
vet n. 392. Peccati gravitas unde dignosci  
possit n. 258. Peccati mortalis quis affe-  
ctus n. 259.**

**Pœnitens, vide Confessio, Confessarius,**

**Pœnitentia, Pœnitentiæ impositio, vide Con-  
fessarius.**

**Polygamia an sublata ? & an Pontifex in ea  
dispensare possit n. 457.**

Pro-

**Propositum.** Quale requiratur in pœnitente n. 243. An verum propositum, si pœnitens se cogitet rursus peccaturum n. 244. An relapsus signum sit propositi non veri n. 245. An extendere se debeat etiam ad proximas occasiones peccandi n. 246. Publica honestas, vide Honestas publica.

R.

**Raptus Impedimentum dirimens.** Quid hoc nomine intelligatur n. 481. Quæ pœnæ Raptoribus statuta n. 482. 483. Quid à Tridentino de raptu statutum n. 484. An lex Tridentini stringat Raptricem feminam n. 485. An Sponsa post Sponsalia abducta consentiens in matrimonium invitis Parentibus, aut tutoribus validè contrahat n. 486.

**Ratihabitio post matrimonium metu contractum** quæ valeat n. 452.

**Reductio aberrantium** a. n. 31.

**Regula pro Conversatione** n. 70. pro Parochi vita n. 51. Regulæ pro gradibus Consanguinitatis n. 435.

**Reiterario Sacramenti** a. n. 113. quando reiterandum ibid. An semper, aut quando conditio apponenda n. 114.

**Relapsus an signum propositi non veri** n. 245. quod contra relapsum remedium. 255. 256. 257.

**Reservatio Casuum.** Quid faciendum, si pœnitens sit casu reservato innodatus n. 277.

**Restitutio.** Quotuplex obligatio restituendi n. 294. quomodo medendum n. 295. quid agendum Confessario, si pœnitens restituere non

non possit? n. 296. Quid si pratextatur impedimentum proprii statûs? n. 297. An dilatio restituendi concedi possit? n. 298. Quid agendum Confessario, si pœnitens sit in bona fide n. 300. Quid quando restitutio facienda pauperibus? n. 301. Quid circa restitutionem famæ? n. 302.

Revalidatio Matrimonii quomodo fiat? n. 488.

S.

**S**acerdos. Quid Sacerdoti in mortali peccato constituto, & sacrificare volenti agendum? n. 179. 180. Sacramentum, Sacramenta in genere. a. n. 88. Sacramenta in particulari, vide in verbis singulorum.

Sacrificium Missæ. Quâ reverentiâ celebrandum? n. 175. abusus in sacrificio, ibid. & quomodo tollendi? n. 176. 177. 178. Quid agendum Parocho sacrificare volenti si existat in mortali? n. 179. 180. Quando bis sacrificare liceat? n. 271.

Scrupulosus quotuplex? n. 310. Quæ scrupulorum origo? n. 311. Quæ indicia? n. 312. remedia? n. 313.

Simoniam. An Simoniam sit pro Sacramentorum administratione aliquid recipere? n. 98.

Sponsalia quid? n. 330. Quæ verba ea constituent? quæ non? n. 331. Si bina contrahantur, quibus standum? n. 332. An promissio ficta sit valida? n. 333.

An pro iis requiratur voluntas formalis & directa? n. 334.

An valeant gravi metu extorta? n. 335. 332.

An liberi à Parentibus ad ea cogi possint? n. 336.

Quomodo injustè contrahentes possint cogi? n. 337.

An valeant contracta ante septennium malitiâ ætatem supplente? n. 338.

An valeant inita cum persona hæretica? n. 339.

Quæ ex sponsalibus obligatio? n. 340.

Quæ, si inita cum persona incerta? n. 341.

Quid, si quis dubitet: an verè promiserit? n. 342.

Quæ obligatio ex sponsalibus sub conditione? n. 343.

345. Quam habeant vim sponsalia conditionata? n.

345. An iis addi possit *Conditio pœnalis*? n.346.  
An valeant *clandestina*? n.348.

**Sponsalium dissolutio.** Quæ hujus causæ? n.355. An dissolvantur mutuo *Consensu*, & si voto, & *Juramento* firmata? n.356. An dissolvantur matrimonio cum altera contracto? n.357. Quæ crimina dissolvant? n.358. An *sponsorum* fornicatio dissolvat? n.359. An dissolvantur per posteriora *Copula* carnari confirmata? n.360. Quæ supervenientes mutationes dissolvant? n.361. An dissolvat defectus, vel causa post sponsalia primùm cognita? n.362. An defectus in *Contractu* aperiendus? n.363. An dissolvat discessus in terram loquinquam n.364. Quomodo ingressus in *Religionem* dissolvat? n.365. An voto obstrictus contrahens sponsalia cum defloratione sponsæ, voto? an sponsalibus stare debeat? n.366.

**Sponsalia quale matrimonii Impedimentum?** n.410.

**Stipendium quantum accipere pro sacro possit Parochus?** n.184. An id suscipere sit *Simonia*? n.185. An illud accipere possit si sit opulentus? n.186. An ex pingui justam partem dare possit alteri, ut locò sui celebret? n.187. An licitè accipiatur stipendium duplex, ità ut uni applicetur fructus specialissimus; alteri minùs specialis? n.188. An ob *Altare* privilegium accipi possit aliquid amplius? n.189. An stipendium accipiens teneatur *Missam* dicere, sicut petens intendit? n.190. An mortaliter peccet, qui stipendio accepto unam etiam *Missam* negligit? n.191.

**Suscipiens Sacramentum.** a, n.109. Quid ad valorem in adulto rationis compote requiratur? n.109. Quid requiratur ad licitam, & fructuosam susceptionem *Baptismi*, & *Pœnitentiæ*? n.110. Quid ad susceptionem *Sacramentorum* vivorum? n.111. An etiam requiratur attentio? n.112.

T.

**T**emplum. Quid Parochis curandum circa templa?  
n.55.

Tempus feriarum quale impedimentum? n.407.

Testis Parochus ad Matrimonii valorem requisitus, vide  
Clandestinitas.

V.

**V**asa pro oleo, & Chrysinate, qualia esse debeant? &  
quot? n. 150.

Verbum DEI quomodo proponendum? n.20. Quis  
materiæ delectus adhibendus? n.21.

**V**iatricum. Quid nomine viatici intelligatur? n.206.

An graviter peccet infirmus recusans fumere viaticum n.208. An ad id teneatur excommunicatus? ibid.

An dari possit afficiendis supplicio? ibid. An ebrio?

n.209. An pueris? n.210. An non jejuno? n.211. An

eidem ægro sæpius? n.213. An die veneris sancto?

n.214. An in necessitate pro viatico conficiendo ad-

hiberi possit materia dubia? n.215. An pro viatico

confici Eucharistia extra sacrificium? n.216. An pro

viatico conficiendo bis celebrare liceat? n.217

**V**is impedimentum dirimens. Quid hoc vocabulo in-  
telligatur? n. 449. vide metus,

**V**ita Parochi inculpabilis a, n. 48. An teneatur magis  
rectè vivere, quàm alii Christiani? n.48. An satisfaciat si non præeat malo exemplo? n. 49. An, si vitia

foris palliet? n. 50. Quæ regula hic servanda? n.51.

**V**ocatio ad curam animarum, Quæ signa, quòd quis  
verè ad illam vocetur? n.4.

**V**otum impedimentum imediens tantum n. 411. Quid  
votum simplex? quid solenne? n. 412

**V**otum impedimentum dirimens. n.430. An omneso-  
lenne dirimat, n.431


**U**sus matrimonii. vide matrimonium.

T.  
 cibus curandum exatempl  
 pedimentum? n. 47.  
 cui valorem requiritur  
 e, qualia esse debeant? b  
 onendum? n. 20. Quis  
 us? n. 21.  
 mui intelligit? n. 206.  
 us rufans fumer vian  
 tur excommunicatus?  
 ppublico? ibid. An eoto?  
 An non jejuno? n. 211. An  
 p. An die venetis sanctio?  
 pro vianco consuetudo ad  
 ? n. 215. An pro vianco  
 pofitum? n. 216. An pro  
 eature liceat? n. 217.  
 Quid hoc vocabulo in  
 ment.  
 n. 43. An tenetur magis  
 m? n. 42. An iustici  
 m? n. 49. An iustici  
 regulis hic servandi? n. 51.  
 Que leges, quod quis  
 4  
 diens tantum n. 411. Quid  
 oleme? n. 412.  
 mens. n. 413. An quatuor











© The Tiffen Company, 2007

# TIFFEN® Gray Scale

M	17	18	19
Y	15		
C	14		
K	11		
G	9		
W	8		
M	6		
B	5		
G	3		
R	2		
A	1		

# TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18
19	20	21	22	23	24	25	26	27

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres

